Kiedy Inkwizycye Toruńskiey niezbożności są oddane, kiedy Criminales paenae zelosissimo patrocinio ewinkowane, gdy Honor Boski, Matki Jego Nayświętszey, Swiętych patronow polskich y Nieba całego, Magnis Atlantibus ad ultricem vindictam jest złożony; Stawam y Ja Sacra persona pro sacro argumento in Sacrario S. Sprawiedliwości Jaśnie Oświeconych et Miłościwych Dobrodziejow Naszych, niepretendując Divinae causae patrocinari, bo tey Stuby toto fulcitur Olympo, ale abym mógł crudum lenire efflendo dolorem! Stawaią przy mnie, lacrymisque per ora disertis wołaią, Justitiam, Justitiam, Justitiam! wołaią y żebrzą: Res Catholica po całym Chrześcijaństwie; Res politica po wszystkiey Europie; Res Catholica et politica w tym Królestwie, u Sądu Króla pana któremu Wiara Katolicka Koronę daia, u przeswietnego Senatu o którym prawdziwe to elogium: Senatores in polonia Ji sunt qui Romae Cardinales, rei sacrae Statores et politicae. Wołaią y żebrzą u Nayiaśnieyszey Rzeczypospolitey w której Sercu głęboko radicatum Urbana VIII. Oraculum: Domini poloni tamdiu Liberi quamdiu verè Orthodoxi; ubi enim Spiritus

Domi

Domini, et Libertas. Wszak weyrzawszy po całey Europy Królestwach: Florentissimae olim Respublicae in absolutae Dominationis Monarchias et Monarchiarum onera decesserunt. Zebrze naprzód Res Catholica Swiętey Sprawiedliwości. Miłościwi Dobrodzieje! Uszanowanie, cześć, cultus Duliae Swiętych Obrazow, incontestabile to dogma, artykuł to prawdziwy Wiary Naszey. Artykuł Wiary; bo in Oriente od Zenonow, Leonow Izaurykow y innych Iconomachow Cesarzow nieźliczonych Męczenników krwią, aburde wyprobowany. Artykuł Wiary; bo millionami cudow od Boga potwierdzony. Niewspominam innych, w tym przeświętnym Xięstwie Mazowieckiem przez tę Waszę Wisłę pod Wysogrodem Jacek Swięty Kamienną Statuę Nayświętszey Matki suchą, przeniosł nogą, z tym artykułem Wiary super elementa elevatus: a to, jako wiemy, aby był to polskie ancile od Tatarskiey uchronił zelżywości. Matko Boga mojego! na Tatarskie w Toruniu napadłaś poganstwo: oto Cię bezbożni depcą, rąbią, na publicznym Stosie jak złoczyńcę palą: o to Cię Nayniewinnieysza y Nayczystsza panno z polskiego Miasta wyświecają. Czy teraz któremu rzeczesz Juliuszowi Et cur me non vocas Reginam poloniae? /: Mancinell. :/ Czy się tu Twoja prawdzi prophecya? Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Otoż w polskim poddaństwie ludibrium, otoż u Toruńczanów przez pogańską Sobotkę skaczących już nie Regina poloniae, ale impijssimo et plebejo dehonestamento Dziewczka na Stos potępiona: oto Cię blasphemi błogosławią: ratuy Cię Szeroka pani, wszak papistowie powiadają że ich ratujesz! O paszczęki! o głosy! o Języki! niepogańskie, nie Ludzkie, nie bestyalskie! Nie pogańskie, bo Machomet w Alkoronie tę Wielkiego proroka Matkę, niepokalanie poczętą pisze, nie liży —. nie Ludzkie, naygrubsi w których tylko lumen naturae nie Evangelij scintillabat przeciw Swoim bajecznym Dianom, ob virginitatis reverentiam excessivo honore grzeszyli —. nie bestyalskie; pieś na Swietnego pana nietak się prędko rzuci, blask osoby furorem w nim hamuje, prędzey na oszarpanego mendyka szczeka. —. Miłościwi Dobrodzieje! Nie chcę tu accensum ignem accendere, bo Serca goreją, pańskie: alta mente perennat dawne y zawsze świeże zielonych lat w Kongregacyach juramentum: neque permissurum ut a meis Subditis aliquid contra Suum Honorem agatur: Sodales estis Mariani! Toruńczanie wasi to poddani, Toruńczanie wasi municipes, Wasi liberti, et improbissima licentia Libertini. Niech każdy ad veraces conscientiae piae tabulas appelluje, jeżeli in rebus dubiis in angustiis Mariam invocando pomocy nieodbierał? jakże mówić będziemy w godzinę śmierci, sub Tuum praesidium confugimus, jeżeli honor Jey od nas obrony mieć niebędzie? Artykuł Wiary weneracya Obrazów Swiętych! po cudownych mieyscach, gdy Je Oczóm pobożnym otwierają, obessa daemoniis corpora krzyczą, z ciał ludzkich uciekają, czują przy Nich praesentem Divum potentiam. Smielsze Toruńskie Czartem opętane dusze!

Oto Je

Oto Je na Sztuki siekają, rozdzierają! przyznać muszę: plus potest Daemon in homine contra Deum quam in Seipso; bo Diabet Dysputując z S. Michałem Archaniołem. de Moysi corpore non est ausus inferre judicium blasphemiae. A zaś nie swiętszy Bog? nie Swiętsza Boska Matka? nizeli umarłego Moyżesza ciało? Co Jm Swięte Obrazy winne? Gimnazisty nie łapały, do Szkoł nieprowadziły, zaprowadzić niekazały; Miłosciwi Dobrodzieje! oczywiste to dokumentum pogańskiey bieśowskiey Toruńczanow złości że Samę Religią Katolicką zhańbić, zelżyć, zprofanować. chcieli; jakoż zhańbili, zelżyli, zprofanowali. Ci tedy Swięci Reges z Bogiem królujący coram majestate Sądu Jego, u Jych którzy Jm. /: nadzieja w Bogu :/ Conreges będą et cohaeredes gloriae, Ci proszą o Sprawiedliwość. prosi Bóg Ukrzyżowany y odiętą przez Toruńczanów wyciąga Rękę, porrigite justitiam sublevate judicio. Woła Bóg Ukrzyżowany, super numerum vulnerum addiderunt! Złość Żydowska na Kalwaryi już nad Ukrzyżowanym saevire poprzestała: ślepa Longinow Toruńskich zapalczywość nad tym się pastwiła którego zelżywość y skały nierozumne czuły. Redundat na Boga y na Matkę Jego, na Swiętych ta ignominia którą zuchwali Toruńczanie Obrazom Jch bezbożnie uczynili. Wszak prorokowi tylko niedobry Saul starego płaszcza Sztukę udarł, a w utracie Królestwa karę odniosł. /: Vell. :/ Scidit Dominus Regnum Jsrael a te hodie: a przecie plus est Statuam Caesaris quam vestem luto aspersisse ~. Wszak terrenae Majestates, laesi honoris Crimen w Obrazach Swych windikują /: Lips. :/ Coby czynili z Katolikami Acatholici principes za Swoich portretow od Katolikow wiolacyą? Co czynią Swiątobliwie Orthodoxi Reges? etiam umbrae Regum timende, honorandae: wszak y w Woysku civiliter umiera czyy Obraz in infami ligno prostituitur! Saeculis celebrandus Ludwik przeszły Król Francuski, vivente nostra memoria, na genueńskie Miasto szesnaście tysięcy bomb rzucić kazał, y trzy Jego części in abominationem desolationis zbombardował za to tylko że licentiosa plebs herby Jego zhańbiła błotem: lubo tylko Francuskie Lilie terrenae Majestatis są znakami, Obrazy Swięte aethereae Majestatis są charaktery. Stawa tedy Res Catholica, uciekaiąc ad asylum Sądu Jego. Nadgradza Bóg millionami cudow Obrazowi Częstochowskiemu że pogańską, dwa razy cięty Ręką. Niech nadgrodzi Toruń Matce Boskiey honor restitutione Kościoła którego ad blasphemias abutitur. niech nadgrodzi Swiętym restitutione Swiątnic które prawdziwym panom Swoim Katolikom powydzierali. Że zaś beneficium est latronis non poena si ablata tantum restituat, niech nadgrodzi Toruń Universae Rei Catholicae per extinctionem publici Exercitii Sekty Swojey /: Lipsius :/. Niech nadgrodzi per exilium predikantow których składki y trzy Katolickie karmić y odziewać muszą. niech nadgrodzi przez to, aby Ta Sekta sentiat se ancillam non liberam non Dominam. A da Bóg, że hoc felle oświecone ślepe Jch oczy venient in agnitionem veri luminis, gdyż Ethnicy

Ethnici et Judaei ad fidem invitandi, Haeretici etiam cogendi: w tym punkcie onym misereri et connivere est mactare est perdere. /: August. :/ —.

Zebrze Sprawiedliwości Res politica. Miłościwi Dobrodzieje! Wszelkie Magistraty powinne bydź, forma gregis, candelabra lucentia, Sal populi ut sapiat, ideae pacis ut concorditer vivat. Magistrat Toruński deformatio gregis; Magistrat Toruński Caeci et Duces Caecorum; Magistrat Toruński infatuatio populi, turbida Babylon, tumultow causa principalis, et causa omnium requisitorum causatorum. In Synopsi mówię: przed Tumultem na dwie godziny zamknąć kazali bramy Mieyskie y kramy; przed tumultem prochy y kule rozdawali; przed tumultem kwatery pod komendą Raycow zostające pod sztrofem 30. talerow cum armis ruszyli, y to w kwaterach samych tylko Heretykow nie Katolikow, toć nie na obronę Katolikom, Jezuitom y Studentom. W tumulcie do strzelania na Collegium, na Synow Szlacheckich Studentow, Żołnierzy Swych animowali. po Tumulcie Winowaycow nieimali. P. Prezydent ex rebus pessimis gloriosus cum Criminali injuria tak Swiętych et primae gloriae Sądow z tego się chwalił y chlubił że z tey matni kieszenią wynisć mają; głosić tam execrabile facinus zakazywali; głoszących y utyskujących więzili; palenie Obrazow kommentem Jezuickim rospisali; y garła swoje /: jako Sekretarz Jch tu w Warszawie :/ inwadyowali; Sług Mieyskich, Widemajera Sekretarza jako executrices nefandi consilii sui manus, ad corporales Inquisitiones Comissoriali Decreto destynowanych y woła Jego Krolewskiey Mości pana Naszego Miłościwego ad Statuitionem rozkazanych tu nie stawili; toć patet reus Magistratus ne evidentiore Criminum complicitate convincatur. —. Ztego tedy wszystkiego pociągam Jch ad culpam et ad poenam. Jezeli bowiem u Augustyna S. et in omni foro: qui desinit obviare cum potest consentit; jezeli u Justyniana par est delinquere et delinquentes non prohibere; jezeli u Salviana prawie de Jure gentium; in cujus manu est ut prohibeat, jubet agi, si non prohibet admitti. Nie ja ale Chryzostom S. to do Ciebie Magistracie Toruński co do Senatu antiocheńskiego mówi y konwinkuje: /: Apud grotium l. 2. cap. 21. :/ Swawolna pars gminu w tym mieście Teodosiusza Statuę, cum ludibrio sprofanowali; ciągnięto na nich woysko y nieubłagany gniew Cesarski: lękali się, niewinni et non complices; Ręce wyciągał dyssymulujący w takich zbrodniach Senat, o radę Swiętego Kaznodzieje pozosi Chryzostoma: On Jch ad tolerantiam poenarum tylko mógł et ad patientiam Christiana animować: Ecce facinus paucorum fuit, accusatio in omnes fertur; ob hoc ipsum /: tak mówi do Senatu całego Miasta :/ fer poenas et ultima hue Supplicia, quod non adfuisti, quod non prohibuisti, quod insanientes non retinuisti, quod pericula non subijsti pro salute Imperatoris. /: a za co Salus Imperatoris w Jego Statuach ?:/ Particeps non fuisti facinorum, /: jako Magistrat powiada Toruński, nie nachodzili, Statuas Swiętych y Obrazow niepalili :/ laudo hoc, et boni accipio: sed nec quae fiebant impediisti, hoc vero jam dignum accusari. Coż mówić, gdyście na tumult zawołali, gdy kule y prochy rozdawali, do aggressyi animowali; hoc vero ja dignu

conde

condemnari. — — — Upadają tu do Nóg Miłościwych Dobrodziejow w Heretyckim Jarzmie jęczący Toruńscy Katolicy. Ubogi Katolik pogłowne bogatemu równe Kupcowi Lutrowi daje. Katolik Ślubu brać y żenić się bez woli prezydenta niemoże: a cóż to za assystencya parochi? gdy się żeni bez Jey woli więzienia y sztrofy wielkie cierpi. Niejestże to Angielski papatus? Katolik Sługa w Swięta Matki Boskiey, Mszy słuchać niemoże. prze-Bog! y Żydzi tego niezabraniają. Nayspośnieyszymi pracami y publicznymi w Je Swięta bywa narzucony: w tym państwie Tatarowie do Bajeranow wolność mają. Conversorum adfidem Orthodoxam Kamienice konfiskują. Miłościwi Dobrodzieje! prawdziwym Londynem pod angielskiemi prawami nie polskiemi Toruń widzę. Niepodobna nieznośnych aggrawacyi na fortunie, na honorze, tu wyrachować. Słowem rzekę, ani w Królewcu y Holandyi Kościoł Rzymski ani w Konstantynopolu Kościoł Grecki tey niecierpi Tyrannii, jako sub Rege Orthodoxo sub fide Catholica Regnante cierpią Katolicy w Toruniu Mieście polskim. Za czym te viva Christi membra non arida et rescisa, Ci fratres Christi, Je zawsze posłuszne Dzieci, Ci fideles Subditi, do postronnych potencyi nigdy niezaglądający z płaczem wołają ad Vicariam DEi potestatem, do Miłościwych Oycow Swoich, do panów Dobrotliwych Swoich, Orphanorum sitis Adjutores! Supplikują, pusillus grex Christi Zakonni Ludzie tyle aggressyami Toruńskiemi zdezolowani, Sub Alas miłościwych panów od tych accipitrow uciekają. Supplikują Kościoły, Cmentarze, które u nich w mniejszym Respekcie niż Toruńskie Karczmy, z płaczem o Securitatem dalszą żebrzą: która być niemoże skuteczniejsza jako gdy totius Magistratus prerogatywa cała, wszystkie Subsellia et publica Officia na Katolickie Osoby będą przeniesione. — Mają Katolicy już Divorum Regum Rescripta Zygmunta y Władysława, mają Konstytucyą 1638. że ad medietatem Magistratuum pod winą 500. Czerwonych Złotych powinni bydź przypuszczeni: y te prawa in contemptu et in volumine Legum tylko butwieją: gdy teraz do Samey tey przygodzie Exekucyi, Miłościwi Dobrodzieje! non est presentis flagitii poena, anteactorum Decretorum in reum executio: trzeba tego Węża na głowę zetrzeć. Moab sit Servus Jsraeli gdy rebellis. Żebrze Justitiam Res Catholica et politica Królestwa Jego! Miłościwi Dobrodzieje! bez Konstytucyi y Woli całey Rzeczypospolitey y Jezuici y nikt Akademii erygować niemoże y niewazysię. Toruń Civitas durae cervicis ob contemptum et audaciam Rupella to polska, panów własnych pania się czyni, Akademią otworzyli, nayjadowitszych z Berlina, Hamburgu, Lipska et ex malae Terrae finibus Scholiregow y Scholarow zaciągają, co nayokrutniey boli Catholico corio onym płacą. Detryment przez to cierpi Wiara S., bo in hac Schola pestilentiae nascuntur pestes prostych Katolikow zarażające: y teraz actu siedmiu Katolikow do Swych bajek namówili y actu Jch contra Decreta konserwują. Detryment cierpi Wiara S. bo tym kanałem na wszystkie pruskie Miasta ta eluvies wypływa y Herezya rośnie: bo ex hoc negotiae armamentario nayzłosliwsi wychodzą hostes Katolickiey Religii; jako y tumultu tego wszyscy Gimnazystowie Herosztami się bydź znayдują.

Det-

Detryment cierpią et Leges patriae! przeciw Konstytucyom ta Charybdis na zamącenie Securitatis publicae y na pożarcie Dusz paszczekę otworzyła; bo się tu uczą futuri cives a peßimis ut studiose mali sint; bo się tu uczą ut eam patriam velint jaką Im burzliwa Cudzoziemskich Ministellow zajadłość malować in rasis tabulis zwykła. Otworzyli y Drukarnią bez Konsensu Jego Królewskiey Mości pana Naszego Miłościwego; Drukarnią, Officinam blaspheniarum przeciw Niebu et contra Majestates in terris adorandas, jako paszkwile tu czytane authenticum są Documentum; Drukarnią, perpetuum Archivum Sekty et presidiu[m]: mutum os et in lustra vocale: tą niemą paszczęką futuris Saeculis nigdy blaterare nie przestaną. Exigentia tedy Rei Catholicae, Sacrosancta Jey Korony Statuta pretendują, abyście Miłościwi Dobrodzieje Gymnasium in Anathema Oblivionis demoliować, Drukarnią całe znieść Swiętym Dekretem roskazali —.

prov. 18. Że zaś Impius cum in profundum venerit contemnit: osobliwie Toruńscy Heretycy tylko są od Katolikow tolerati nullius juris tolerantes: tyle praejudicata liczemy że Decreta Jego Królewskiey Mości mają tylko ut activa non passiva. Supplikujemy Miłościwi Dobrodzieje o taką Sanctionum Exekucyą, którąby honorem Dei, honorem judicati, honorem Jaśnie Oświeconych Sędziow bez dylacyi quę semper friget instantanee utrzymała. —. Mogłbym tu pro Domo mea balbutire: ale rany Braci moich Heretycką zadane Ręką, te Im są Characteres gloriae pro Nomine Jesu Contumeliam pati. /: Actor. 5. :/. Poenas Criminales niewspominam, Clericus Sanguinem non sitio. przyznać się ultimarie muszę, że mi postronne terriculamenta, niebezpieczne Konsequencye, Cudzoziemskie Implikancye a Seueriore Stylo usta zamykały: a te nic inszego nie są tylko tumultuaria partis Spargamenta non Solidi opinio periculi. Ale wierzę Miłościwi Dobrodzieje! nie tak Swięty Kazimierz patron polski od Toruńczanow Spalony, żeby niemogł Królestwa Swego Królewic posiłkować, jako Litewskie Woyska posiłkował! Wierzę: nie tak B. Stanisław Kostka patron polski od Toruńczanow na Sztuki poszarpany, żeby Oyczyznie Swey podać Ręki niemogł, jako podał pod Chocimem przeciw całey potencyi Ottomańskiey. Żyje, Żyje Nayświętsza Matka lubo od Toruńczanow porąbana y Spalona: jeżeli prudem Coelum et Terra ruißent si precibus Maria non sustentaßet! /: Bernard. :/ Utrzyma Swe Królestwo, utrzyma Swą Koronę polską. Wierzę nakoniec y przysięgam: Vivit Dominus in Cujus conspectu Sto; facite Justitiam et Judicium, sublevate vi oppreßum, et erit pax in finibus Vestris, unus fugabit Decem millia —. — . — . — . — . — . — . — . — . — .

165.) Decretum inter Collegium Societatis Jesu Torunense Actores, atque Magistratum et Communitatem Torunensem Citatos, Latum Año Domini 1724.: — . — . — . — .

Augustus Secundus Dei gratia Rex poloniae Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque necnon Haereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector. — . — . — . — . — . — . — .

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum Interest Universis et Singulis: = Intercessisse antea Decretum Nostrum Assessoriale, inter Generosum Instigatorem Regni Ejusque Delatores Religiosos: Casimirum Czyżewski Rectorem, Laurentium Marcezewski Vice-Rectorem, Casimirum Klimecki, Jacobum piotrowicz, Martinum Wolanski Fratres et totum Collegium Societatis Jesu Torunense, Actores, ab una; atque nobiles et Spectabiles Gerhardum Thomam Burgrabium, Godefridum Resner praesidem, proconsules, Consules et Ordines, totumque Magistratum et Communitatem Civitatis Torunensis, citatos parte ex altera. Idque in causa et actione ipsis instituta pro eo: Quia illi malevolo animo, odioque Fidei Sanctae Romanae Catholicae in Regno Nostro Catholicissimo degentes, contra Leges Divinas et Humanas, Constitutionemque ejusdem Regni nostri procedendo, non contenti anterioribus ausibus et violentiis; recenter nacti occasionem, quod sub tempus processionis cum Venerabili Sacramento in Festo Beatissimae Mariae Virginis de Monte Carmelo in Coemeterio Ecclesiae Sancti Jacobi Apostoli, Deo dicatarum Virginum Ordinis Sancti Benedicti, ipso Die Dominico Torunii celebratae, cuidam puero Dissidenti, Ceremonias Ecclesiae irridenti, irreverenterque se gerenti, galerum polonus Studiosus, zelo cultus Divini Ductus Dejecerit. Statim absoluta processione, in Coemeterio per licentiosos Cives enormiter eundem Studiosum converberarunt et vulneribus affecerunt, tandem ex loco Sacro violente etiam per milites extractum, per plateas ductum, et carceri ac custodiae militari, uti et postridie alterum innocuum Studiosum polonum mancipaverunt et in eam conjecerunt; cumque ad plura postulata Juventutis polonae reuter Libertati redderetur, imò contumeliosissime ambo tractarentur, gymnasista quoque heterodoxa fidei in compensationem captivorum duorum praedictorum Studiosorum, ad Scholas, insciis Religiosis Actoribus, non tamen cum tumultu, neque cum ignominia nociva, a Studiosis polonis introductus esset, Plebem licentiosam, ut cum armis variis et bombardis paratiessent, turmatim sub poenis pecuniariis convocari fecerunt, in quem finem et portas Civitatis solito citius tempore claudi jusserunt, et qualiter plebs procedere deberet ad inferendam Statui Spirituali atque locis privilegiatis, utpote Coemeterio, Scholis et Collegio praedictorum Actorum violentiam, malitiosè instruxerunt: unde factum est, quod eadem licentiosa et seditiosa plebs, taliter in depressionem Status Spiritualis et violationem Immunitatum

instruct-

instructa, Citatorum scitu, jussu, mandato et Subordinatione, nec non conniventia, animo feroci atque crudeli, /: etsi jam ad requisitionem Secretarii Civitatis, gymnasista ex Schola libere dimissus fuerit :/ eò ferventius, quia dol ad occasum vergere, et tenebrae sceleri patrocinari videbantur, bene ad vim inferendam et patrandum nefandum ausum armata, tota mente et corpore pro tunc furorem spirans, post egressum Secretarij simul cum gymnasista /: nam Eidem ad manus redditus :/ planè ex condicto et de industria, magno cum impetu, in assistentia militum Civitatis et explosione bombardarum pro securitate sui criminis, majorique facilitate ad invadendum et depraedandum, foribus primò scholarum securi excisis ac effractis, catervatim armataque manu agressi, scholas omnes et aulam publicam invaserunt, omnia funditus everterunt, scamna, cathedras, sellas, fornaces, fenestras, fores, ad ultimam particulam concusserunt, confregerunt, dissecuerunt, et globis plumbeis trajecerunt. Quod autem magis execrandum est: nec Imaginibus Christi Crucifixi ac Deiparae nec non aliorum Sanctorum pepercerunt, et quod nec Barbari, nec Ethnici facerent, id Sorunenses in Regno Catholicissimo impiè facere ausi sunt, in honorem Dei, Beatissimae et Sanctorum sacrilegè saeviendo, pedes Crucifixi amputando, altaria duo, unum Immaculatae Conceptionis Beatissimae Mariae Virginis affabrè et de novo elaboratum extructumque in Congregatione minori Sodalium, alterum Salutatae ab Angelo Virginis in Congregatione majori, in partes securibus et asciis scindendo, ita, ut vix locus supersit ubi altare secundum fuerit; Icones plurimas Christi Crucifixi, Beatissimae Mariae Virginis, et Sanctorum, alias dilacerando, alias gladiis confodiendo, alias securibus scindendo, ac ne impia crudelitas Sacrilego ausui finem imponeret /: licetsi manus scribendo tremat et ambae ad audita tinniant aures :/ Imagines Immaculatae Conceptionis Beatissimae Mariae Virginis, Sancti Francisci Xaverij, et aliorum Sanctorum in publicam plateam insolenter ac temerarie exportarunt cum subsannationibus, illusionibus, vociferationibus et blasphemiis, lingua procaci, effrenatis in omnem malitiam plenis buccis, ac rodentibus Theoninis dentibus, ceu caninis, laedendo, carpendo et contaminando, hostes contra honorem Dei, Deiparae, et Sanctorum conjurati tumultuosi aggressores, persecutores Fidei S. Romanae Catholicae, terrae alliserunt; circaque Imagines illas in terra prostratas incendio facto, saltus indecentes ad normam paganismi exercendo, blasphemando contra Deum et Beatissimam, malitiosissimi tumultuarij, plurimas easdem Imagines vesanis addixerunt flammis et concremarunt, cum summa Injuria honoris Deiparae, blaterando inter caetera, Broń ze się teraz Dzieweczko: Vivat Maria etc.: Nec his contenti ausum ausui, scelus sceleri addiderunt: dum eodem cum furore, ac omni genere armorum, violenti

aggressore

aggressores, hostiliter excisis ac effractis foribus, seu Janua Collegii, in ipsum Collegium, jam profunda nocte tumultuatim irruerunt, cum strictis acinacibus, securibus, asciis, bombardis longioribus et brevioribus, aliisque armis, facibus et candelis accensis, cum periculo incendii bis de industria intentati, ibidemque in parte inferiori Collegii, omnes fenestras tam ambulacri quam cubiculorum, uti et fornaces, fores, concusserunt; cubicula supellectili ac re vestiaria ferme tota, imo et pecuniâ spoliarunt, in vimque praedae ac turpis lucri eandem retinuerunt et retinent. Imagines plurimas: Christi Domini, Deiparae, ac Sanctorum in circuitu ambulacrorum signis illicitis despexerunt, aliquas in partes lacerarunt, alias gladiis confixerunt, alias securibus et asciis secuerunt, alias globis è sclopetis trajecerunt, alias pedibus conculcarunt, et in minutissimas attriverunt partes; oratorium in superiori parte Collegii, ejusque Sculptoriam elegantem Structuram, multas in partes sciderunt, secuerunt, et detruncarunt. Ipsum Venerabile ex Tabernaculo in Summum opprobrium fidei nostrae jam jam ejiciendum erat à tumultuariis, nisi cujusdam Religiosi precibus flecterentur, quem tamen et alios Religiosos gravissimè concusserunt et sautiarunt; hypocaustum commune, uti et aliqua Superiora Cubicula, effractis foribus vastarunt, fenestras gladiis excusserunt, fornaces et fores globis trajecerunt, milites nostros praesidiarios superverientes ad sedandum tumultum cum armis aggressi sunt, eosque letaliter vulnerarunt: etiamque, quendam Religiosum Ordinis S. Dominici ad initium tumultus /: veniente ad Collegium Secretario Civitatis :/ verberarunt. Haec et alia prope ad mediam noctem, inaudito exemplo et nefando ausu, ac impio et sacrilego facinore patrarunt, desolatamque Arabiam tam in Scholis quam in Collegio, jussu et consensu citatorum ac supina conniventia mediante reliquerunt, exindeque paenas Legum Regni criminalissimas promeriti sunt. —. pro quibus decernendis, tum et Statuitione Principalium ac Complicium tantorum Scelerum, blasphemorum et Sacrilegorum, atque ablatorum restitutione, damnorum litisque expensarum refusione, citati sunt Citatione Originali, ejusque relatione, tum propositione oretenus facta, ac revisione officiosa per Ministerialem, Combustionis Imaginum et desolationis, ac damnorum in Collegio et Scholis actorum, in praesentia Nobilium et Officialium coram Actis Castrensibus Kovaleviensibus palatinatus Culmensis, feria quarta post festum Beatissimae Virginis Mariae Scapularis anno nunc currente, facta et inscripta, in se latius loquentibus sub Actu Varsaviae feria Sexta postridie S. Laurentij Martyris et Levitae, die undecima Mensis Augusti Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo quarto id Decretum Nostrum est prolatum. Quò necessariam esse hac in causa Commissionem et Inquisitionem adinveneramus, eamque decreveramus; ad quam expediendam Commissarios Nostros Reverendos in Christo patres, Dominos, Christophorum

in stu

in Stupow Szembek Vladislaviensem et pomeraniae, Andream Załuski, plocensem, Episcopos; Magnificos Stanislaum Chomentowski, Masoviae; Jacobum Sigismundum Rybiński, Culmensem, Ignatium Działyński, pomeraniae, palatinos; Adamum poniński Gnesnensem, Andream Dąmbski Brestensem Cujaviensem, petrum Czapski Culmensem, Castellanos; Generosum Georgium Lubomirski Succamerarium Regni, Venerabilem Dominicum Sieniński Decanum Gnesnensem, praepositum Cracoviensem ad Ecclesiam Sancti Michaelis, Officialem Generalem Gedanensem, Generosum Jacobum Dunin Regentem Cancellariae Majoris Regni, Venerabilem Michaelem Wężyk Archidiaconum et Officialem Generalem Varsaviensem, praelatum in Cathedra posnaniensi, Generosum Franciscum Radzewski Succamerarium posnaniensem, Venerabilem Aloysium Humański Ecclesiae Cathedralis Culmensis et Insignis Collegiatae Varsaviensis Canonicum, Secretarium Nostrum Judiciique Assessorem; Generos. Joannem Georgium Kczewski Succamerarium Mariaeburgensem, Josephum Nakwaski Capitaneum Ciechanoviensem, paulum Jaroszewski Vexilliferum plocensem, Franciscum poninski Dapiferum posnaniensem, Joannem Franciscum Rosciszewski plocensem, Michaelem Kalsztyn Mariaeburgensem Judices Terrestres; Ignatium Dąmbski Inovladislaviensem, Joannem piwnicki Culmensem Notarios Terrestres, Casimirum piwnicki Ensiferum Livoniae; deputaveramus, Jisdemque commiseramus, ut si ex scrutinio aliqui principales motores tumultus et violentiarum illatarum, combustionisque Imaginum, et blasphemiarum apparerent esse rei, tales stricto arresto et Sequestro, apud nobilem Magistratum Gorunensem detineri mandarent, eosque ad parendum Judicio pro Sumendis paenis idem Magistratus Gorunensis statuere teneretur, Ipsis injunxeramus, Terminumque partibus post expeditam nec ne Comissionem praefatam, coram Nobis Judiciogue Nostro conservaveramus peremptorium. Qui Commissarii Supra specificati, cum ad Civitatem Gorunensem condescenderent, ibidemque in prætorio Jurisdictionem Suam Commissorialem fundarent, et post inscriptam partium comparitionem ad excipienda Confessata libera nonnullorum Inculpatorum, demum ad Inquisitiones auscultandas processerunt, juramenta super Incorruptos Testes partibus praestare demandarunt, quae de facto ab Ipsis sunt praestita. post quae praestita, Testes oculatos Speciali regestro connotatos, ac partibus ad invicem communicatos inducere injunxerũt. Quos Testes ex parte Actorea viginti sex, et ex parte Citata itidem viginti sex inductos, praeviis juramentis super fideli depositione, cum monitione de perjurio, juxta Interrogatoria a partibus porrecta, et ad invicem parti per partem communicata, examinarunt, auscultarunt, Testimoniague Eorum connotarunt. post quas Inquisitiones per partes eductas, quoniam ex Jisdem Inquisitionibus eductis, nonnulli principales et motores tumultus et violentiarũ combustionisque Imaginum ac blasphemiarum redarguerentur esse rei; ideo inculpatos

utpote

utpote Graurok Capitanum militiae civilis Torunensis, Famatum Zylber Civem Apothecarium et Capitanum Divisionis Veteris Civitatis Torunensis, Famatum Walter Civem et Capitanum Divisionis plateae pontalis Civitatis Torunensis, Maciejowski et Westphal famulos Vice-praesidis, Swiderski famulum praesidentis, Joannem Kall Wach Magistrum militiae Civitatensis, Karviza Civem et Lanionem novae Civitatis Torunensis, Hafft Civem et pistorem, Schultz Acuarium, Hertell Coriarium, Mohapt Civem et propinatorem liquorum, Joannem Mertz, Joannem Waz Cives et Sutores, Westphal Studiosum gymnasij, pro majori et sufficientiori informatione Criminum perpetratorum enucleatione f: siquidem nonnulli ad Corporales Inquisitiones destinari deberent:/ ad Nos Judiciaque nostra remiserant. Quos modo praemisso connotatos Inculpatos, Nobili et Spectabili Magistratui Torunensi in Segnestrum tradiderant, utque eosdem coram Judicio nostro statueret Eidem Magistratui mandaverant, idque sub onere Causae et criminali pro non statutis responsione. Alios vero Inculpatos videlicet: Leban seu Falsbakier, Jarka, Feyblingier, Oberkram Scribam Famati Zylber Apothecarij, Scribam Famati Kleybe, Ernestum Turkowski Scribam Famati Heyna, Murifabri alias Mularczyka, Civitati Torunensi melius notos, Lignifabrum alias Ciesielczyka, Guttbrodt Lignifabrum, Fick aurifabrum, Nagorny, Conradum Gronau, Godefridum Krygier Gymnasii Torunensis Studiosos, Alexandrem Civem chirurgum, Bazyler Sutorem germanicum, Doliatorem alias Bednarczyka in platea Carnificis apud Viduam Magistram famulantem, Krauza, Berent, Bedka Cives laniones, Christianum Sartoreae artis Socium seu famulum Famati Krauz, Famulum famati Sztalkofer Civis perukarii sub signo aurei Cervi manentis, Klebert Strangularium alias powroźnika, famulum Famati Berkla mercatoris, Jacobum Malon scribam, et puerum ignotum, famulos Famati Fesmer, nonnullos jam arresto praeventos, caeteros captivandos, et strictiore carcere mancipandos censuerant, Eosdemque arctae custodiae Nobilis et Spectabilis Magistratus Torunensis, usque ad finalem decisionem Causae tradiderant sub rigore superius expresso. Reliquos quoque inculpatos, videlicet: Famatum Heyna Apothecarium, Godefridum panthel Civem, Anrigam seu famulum Famati Heyna Acatholicum, Scribam Famati Fengier Nathanaelem Blumenszal, Samuelem Werner Scribam Famati Dankmeger, Christianum Krauz Famati Szweycman Scribam, puerum sub signo albi equi, Famati Pozyra perukarij famulum, Famatae Hańaw viduae filium studiosum, Scribam Helszt Famati Rostenscher, puerum Famati Fengier, Godefridum Ludovicum famulum Nobilis et Spectabilis proconsulis, Gryffald puerum Famati Reycha, Andream famulantem ad Officinam Librariam Civitatis, artis mensatoriae famulum vulgo Stolarczyka Honesti Kinast magistri, Filium juniorem famatae Ranschowa Studiosum gymnasii, Gottlibum filium de villa Lubicz artis papyraceae Magistri, Coriarium Nosek ex nova Civitate, Scribam famati Sztyrna, famulum Lanionis habitantem

versus

versus Ecclesiam Sanctae Mariae Matris Dei; Winter Nobilis praesidentis, Cornelium civitatis famulos, Bekier perukarza, Joannem foralium civitatis Torunensis Exactorem vulgo Szarpacz dictum; inhaerendo Decreto nostro praefato, Stricto arresto et Sequestro apud nobile[m] et Spectabilem Magistratum Torunensem detinendos, et si opus fuerit ibi ubi de jure venerit pro paenis de eisdem Sumendis statuendos, sub rigoribus Superius expressis sententiaverant. Famatus vero David Heyder Civis et Mercatoris novae civitatis Torunensis licet quidem a parte Actorea inculparetur, et ex educto Scrutinio, Immunitatis Ecclesiasticae per eundem violatae redargueretur esse reus; verum quoniam in Tractu Commissionis praefatae, sponte et libere fidem Sacram Catholicam Orthodoxam in Ecclesia Torunensi S. Joannis amplexus esset; idirco parte Actorea pro eodem instante, Eundem in fidejussionem partis actoreae Venerabilis Collegii Torunensis Societatis Jesu relinquendum esse censuerant usque ad ulteriorem Causae praesentis decisionem, cum hac adjecta declaratione, ut liberum esset Famato Heyder absq[ue] ulla molestia per Omnes Ordines Civitatis inferenda, commercia sua tractare, Bonis et fortuna sua uti frui, et ad velle ac beneplacitum Suum Eisdem disponere, sub poena seversiva super refractarios praefatae Declarationi Commissariorum nostrorum, per Judicium nostrum irroganda et extendenda; nihilominus Is idem famatus Heyder, quoniam Supplicationem per partem Actoream Fidejussoriam ad Judicium Commissariorum interponeret, idque pro eo: quatenus famatus Radzki civis et Mercator Torunensis, filium Ejus in Tractu Commissionis apud se existentem sibi patri extraderet; Ille vero in contrarium Fidei orthodoxae procedendo, veritus ne pietate patris permotus fidem sacram orthodoxam amplexaretur, eundem extra fines Regni malitiose evexit, neque evectum post trinas Declarationes Judicii praefati Commissorialis patri suo restitueret, idcirco habita ratione postpositionis authoritatis Commissorialis, tum et paterni Juris naturalis convulsionis, Eundem pro sumendis poenis de Ipso, ad nos Judiciaque Nostra remiserant. porro quoniam ultra superius expressos inculpatos, ex scrutinio coram judicio Commissariali expedito, compertum esset, nobiles et Spectabiles Gerhardum Thomam Burgrabium Nostrum, Joannem Godefridum Resner praesidentem, Jacobum Lerneke Vice-praesidentem, Jacobum Meysner, Andream Cymerman, Consules Torunenses, inter Inculpatos intrasse: tamen habita ratione reiminis et dispositionis totius civitatis, Nobilibus et Spectabilibus Gerhardo Thoma Burgrabio, uti senio grandi provecto, atque Nobili Jacobo Meysner Consuli, praedicti Nobilis Burgrabii in casu debilitatis officii adjutori, Cautionem Juratoriam, observata jurisjurandi solennitate, coram Imagine Crucifixi Domini Nostri Jesu Christi in eam juramenti rotam: prout Juri et Judicio nostro post finalem decisionem causae parebunt, neque se a regimine civitatis Torunensis alienabunt, neque ab executione Decreti disparebunt, ita Eos Deo Omnipotente

et Sanct

et Sancta JEsu Christi passione adjuvante praestare demandaverant, quam cautionem de facto
= praestiterunt. Quantum attinet Nobiles et Spectabiles Godefridum Resner praes-
= sidentem, Jacobum Zerneke Vice-praesidentem et Andream Cymerman Consules
Civitatis Torunensis, eosdem detineri a tribus Ordinibus Civitatis praedictae, usque ad finalem
Causae Decisionem. Decretique nostri executionem, injunxerant sub rigore supra expresso —.
Nobilem vero Wedemejer Secretarium Civitatis similiter Inculpatum, quoniam pro Eodem
cautio literatoria a tribus Ordinibus Civitatis Torunensis intercederet; ideo Eundem una cum
aliis Varsaviam remittendis Inculpatis sisterdum sese sive statuendum coram judicio nostro
mandaverant, itidem sub rigore supra expresso. Quo peracto, Idem Commissarii Nostri
ad visionem Desolationis ab intra et ab extra Collegii Torunensis Societatis Jesu et Scholarum,
per tumultum impium Civitatis Torunensis factae et perpetratae ad Instantiam partis Acto-
reae sese contulerant, ac juxta Officiosam ante Terminum Commissionis per parte Actorea
conscriptam in plenissima forma Juris-Visionem, viderunt et optime animadverterunt,
omnia taliter nefarie facta et per tumultum perpetrata esse prout in conscripta officiosè Visi
one continentur. Qua taliter facta personali Visione, ad enixam supplicationem Incolarum
Catholicorum utriusque Sexus, tum et apud Cives Torunenses Dissidentes famulantium, ne iniq-
quis extorsionibus post expeditam Commissionem a Superioritate Civitatis Torunensis ag-
gravarentur et angarisentur, praecipuè in expensas Causae praesentis erogatas et erogan
das, quoniam in ullas violentias et crimina per tumultum Dissidentium perpetrata,
nullatenus influerent, et se immiscerent; idcirco Eosdem ab omnibus extraordinariis
sub praetextu Ordinariae Contributionis exactionibus, extorsionibus, et injuriis libera-
verant, sub severa animadversione Judicii Nostri. Quantum attinet Ephraim Ol=
lof Ministrum Augustanae Confessionis Civitatis Torunensis, quoniam primò ad Judici-
alem Commissionis requisitionem, secundariò ad Juridicam Termino tacto ex mente Ju
dicii Commissorialis Citationem, contumacem sese praeberet, neque ad praestandam In-
formationem tam ratione gymnasistarum, in saepe nominatum tumultum intrantium,
quam et ratione Scripti pasquinosi foribus Collegii Torunensis Societatis Jesu affixi,
tum et ad dandam Justificationem ex persona Sui, in puncto Objectae sibi certae cum
vicinis Civitatibus Acatholicis Correspondentiae et factionis, in praejudicium fidei Or-
thodoxae et personarum Catholicarum, Torunij, in obsequiis variis existentium, coram
Judicio Commissoriali comparere renueret; Christophorus quoque Giereth Senior
Minister Torunensis Augustanae Confessionis, quoniam Scriptum certum laesivum,
typo Civitatis Torunensis impressum, varias Calumnias contra Sacram Sedem Aposto-
licam Fidem Orthodoxam, tum et Statum Reipublicae, in se continens, Nobili et Spec

— " — Spectabili Jacobo Meysner Consuli, praesidi Camerae et Scholiarchae gymnasii Torunensis, in applausum foederis Conjugalis, et in contemptum Durantis Commissionis dedicare, ac varia per loca plurima efferre exemplaria variis personis ausus esset, et temere praesumeret, neque ad justificationem Scripti Sui laesivi et calumniosi, licet multoties per Secretarium Civitatis Torunensis vocatus, coram Judicio Commissoriali comparere vellet, imo Se a comparitione abstraheret; idcirco utrosque pro disjudicatione ratione praemissorum omnium, ad Nos, Judiciaque Nostra remiserant, et comparere sub rigore paenarum contra Calumniatores Legibus Regni descriptarum mandarunt. Ad extremum Judicentes Omnes: videlicet: Conventum Torunensem Sanctimonialium Ordinis Sancti Benedicti, Conventum Torunensem Ordinis praedicatorum S. Dominici, Venerabilem Severinum Szczuka Episcopum Joppensem, Suffraganeum, Archidiaconum et Officialem Generalem Culmensem, praepositum Ecclesiae parochialis Torunensis Sancti Joannis, singulos pro Suo Interesse; atque Conventum Ordinis Sancti Francisci ratione proprietatis Ecclesiae Beatissimae Mariae Virginis, nullitergue ejusdem Ecclesiae per Acatholicos Civitatis Torunensis ac Monasterii Sui per eosdem in gymnasium conversi possessionis; quoniam pars Citata Eisdem Judicentibus Se opponeret, licet connexionem cum causa praesenti habere nonnullae Judictiones viderentur; ne tamen parti Citatae aliquod praejudicium inferretur, ad nos, Judiciaque Nostra pro disjudicatione, et partes cum paratis Inquisitionibus remiserant, conservando Eisdem Terminum peremptorium. A qua Sententia Commissoriali apellatione, Citata pars, ad Nos, Judiciumque Nostrum interposuerat, eamque non admissam extraditis citationibus prosecutorialibus prosecuta est; Decreto nostro supra de actu Specificato, et actu Commissoriali, Sabbatho post Festum Exaltationis Sanctae Crucis proximo, anno praesenti millesimo septingentesimo vigesimo quarto expedito, tum Citationibus Prosecutorialibus inse latius praemissa enarrantibus. Quo in Termino exprafata Remissa conservato, et ex Prosecutionibus per Citatos extraditis provenienti, dum partes hîc Varsaviae Feria quinta ante Festum Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum proxima die vigesima sexta Mensis Octobris anno praesenti; Et quidem Actorea: Generosus Wyrzemski Instigator Regni personaliter, Religiosi Casimirus Czyżewski Collegii Torunensis Rector, Matthias Przanowski presbyter, Jacobus Piotrowicz, Martinus Wolański Fratres Societatis Jesu personaliter, suis et aliorum nominibus, cum Nobilibus Michaele Nagrodzki, Joanne Motorowicz; Citata vero pars per Nobilem Christianum Klosman Secretarium Civitatis Torunensis personaliter, cum Nobilibus Chrysostomo Boguszewski et Francisco Cygler judicialiter additis Defensoribus, coram Nobis, Judicioque Nostro comparerent, Eundemque Terminum attentarent, et Secum de admissibilitate et prosequibilitate appellationis, legalitateque nec ne Sententiarum Commissorialium, controverterent; atque Venerabilis Antonius Donadzki Ecclesiae

Sanct

Sancti Laurentii extra moenia Torunii praepositus, uti Venerabilis Severini Szczuka Suf-
=fraganei Culmensis et praepositi Ecclesiae Sancti Joannis Torunensis, et simul Com-
=munitatis Catholicae Torunensis plenipotens personaliter, tum Nobilis Albertus
Błoszkiewicz plenipotens pellionum Catholicorum Torunensium, et Venerabilis Michael Kan-
kiewicz plenipotens Venerabilis Abbatissae Deo dicatarum Monialium Regulae Sancti Be-
nedicti Conventus Torunensis personaliter; nec non Religiosus Bonaventura Murczyński
Ordinis Sancti Francisci de Observantia, tum ejusdem nominis Religiosus Kopaczewski Commi-
ssarius Terrae Sanctae, Ordinis Ejusdem Conventus Varsaviensis, Suis ac Totius provinciae Suae
Nominibus personaliter, cum nobili Antonio Czeszkiewicz ad causam praesentem, cum Juri-
bus Suis, ad Ecclesiam Beatissimae Mariae Virginis Torunensem habitis intervenirent,
et se indicerent. Nos cum Consiliariis et Jurisperitis Nostris causam praesentem ad fe-
riam secundam proxime futuram rejecimus, Terminum partibus conservando, pro quo Termi-
no partibus utrisque Inquisitiones in Judicio nostro reponere mandavimus sub onere causae.
In Termino itaque hodierno, ut supra, ex Rejectione conservato, legitime ad presens proveniente
et hucusque continuato partibus prenominatis, Generosis, Vladislao Wyrzemboski Instigatore
Regni, et Adamo Dorengowski Vice-Instigatore Regni, tum Religiosis Casimiro Czyżewski Re-
ctore, Matthia Przanowski presbytero, Jacobo Piotrowicz et Martino Wolański Fratribus Socie-
tatis Jesu personaliter, Suis et aliorum, totiusque Collegii Torunensis Societatis Jesu nominibus
cum Nobilibus Michaele Nagrodzki et Joanne Motorowicz; Citatis vero, et Incarceratis,
per nobilem et Spectabilem Joannem Fridericum Hawenszteyn Consulem, Honoratos Gode-
fridum Augsztyn Scabinum, Jacobum Gemeiner et Andream Kircheysen Sexaginta viros, at-
que nobilem Christianum Klosman Secretarium Civitatis Torunensis, Suis et aliorum nomi-
nibus personaliter, cum Nobilibus Chrysostomo Boguszewski, et Francisco Cygler defenso-
ribus judicialiter additis, coram nobis, Judicioque Nostro comparentibus, eundemque
Terminum attentantibus. Et Actoribus quidem scilicet Religioso Rectore totoque Collegio
Torunensi Societatis Jesu ex Citatione Sua, tum protestatione coram Actis Castrensibus
Kovaleviensibus, feria quarta in vigilia festi S. Laurentii Martyris anno nunc currente
facta, proponentibus, exhibitisque Visione per providum Albertum Kupczewicz Ministe-
rialem Regni generalem, in praesentia Generosorum Officialium Terrestrium, Collegii et
Scholarum Torunensium, desolationum, bene et diligenter in loco loci in recenti conscripta,
et Eorundem generosorum Officialium Terrestrium ibidem praesentium manibus subscripta,
et per Oblatam circa ipsius recognitionem ad praefata Acta Castrensia Kovaleviensia, fe-
ria quarta post Festum Beatissimae ac gloriosissimae Virginis Mariae Scapularis proxima
anno itidem currente porrecta, nec non Oductione sub eodem actu vulnerum lividorum,
converberationum et obsanguinolationum, Religioso Casimiro Czyżewski, et Fratribus And-

— „ = Andreae Gaykowski, ac Josepho Rozański, ejusdem Collegii Societatis Jesu Torunensis, circa violentiam per guerrham tumultuariam, plebis Communitatis Torunensis, Collegii prefati Invasionem, inflictorum factâ, tum arrestò officiosè impositò super personis, Davide Heyder, Leban Fasbakier et aliis violentiarum et Criminum in citatione et protestatione Specificatorū patratoribus, in relatione ejusdem Arresti coram Actis podguriensibus, die Sexta mensis Septembris per providum Albertum Kupczewicz ex Ministerialem Regni generalem, recognita, expressis, iisdem productis, et Actu Commissariorum Nostrorum supra Specificatorum Judicialiter perlecto, Remissas praefati Judicii Commissorialis ad Nos et Judiciuiv Nostrum factas, expediri, et contenta Suae citationis decerni petentibus; Generosis verò, Joanne Vladislao Wyrozembski Instigatore, et Adamo Dorengowski Vice-Instigatore Regni, pro tantis Sceleribus in Deum et Beatissimam Virginem Mariam, et Sanctos, ac Fidem et Religionem Catholicam Romanam, in hoc Regno Dominantem, perpetratis, tam praesidentem quam et totum Magistratum ac plebem Acatholicam tumultuantem, pœnis criminalissimis, toti Christiano orbi exemplaribus, nempe concremationis in vivis, circa extractiones linguarum à tergo per Executores justitiae affici., Fana eorum Lutheranica, gymnasium et typographiam, totamque mobilem et immobilem cujusvis Substantiam confiscari, Ecclesias antiquitus Catholicas per eosdem indebitè possessas, anteactis possessoribus Catholicis adjudicari, et ne quispiam Lutheranus in futurum in murata Civitate Torunensi habitare vel pernoctare audeat, Severe prohiberi, postulantibus. Jam verò eorum Specialibus Delatoribus Religiosis Fratribus, Martino Wolański et Jacobo Piotrowicz, ob non Statuitionem Inculpatorū, arrestatorum, principalium et Comprincipalium, ac Complicum in sequestro nobilis magistratus Torunensis, ad tenorem Decreti Nostri, per Idem Judicium Commissoriale relictorum, sub onere causae et responsionis, in ordine ad examen illorum Judiciale, et destinationem nonnullorum ad Inquisitiones Corporales, injunctam et demandatam, poenas contraventionis, tam super Nobili Magistratu, quam Ordinibus Civitatis extendi, et nihilominus quatenus Decreto nostro et Commissoriali in instanti satisfaciant, eosdemque inculpatos, arrestatos, et sequestratos, tum filium Jamati Heyder Civis Torunensis, noviter Catholici facti, coram Judicio nostro subforti eaque militari executione et onere causae statuant, ante omnia decerni, et circa Decreta Commissorialia se Actores conservari, petentibus. Tandem in ulteriori Tractu, eadem parte Actorea, Inquisitiones coram Judicio Commissoriali expeditas, in occlusis ac sigillatis rotulis, satisfaciendo Decreto nostro, producente et in Judicio reponente, ad lectionemque earundem inquisitionum condescendi, ac remissionem expedivi, et poenas ut supra, tum et ratione contraventionis Decreto Commissoriali seorsivas decerni postulante. In Contrarium parte Citata et prosecutionum Actorea, appellationem a Sententia Comissoriali, ad nos, Judiciumque nostrum interpositam admissibilem fuisse et ad praesens prosequibilem esse, Sententiamque eandem Commissorialem cassari, a Statui

tione

Statuitione Inculpatorum Varsaviae coram Judiciis Nostris injuncta, se liberari Supplicante, atque contra testes nonnullos exceptiones Suas in scripto producente, tum et rotulum Inquisitionis Suae Eductae occlusum et obsigillatum reponente. In oppositum Actoris parte locum pretensae admissibilitatis et prosequibilitatis appellationis non esse, nec a poenis contraventionis Decreto nostro et Commissoriali, ipsos liberari posse; propterea: quia vigore Juris Culmensis et Saxonici stante pede, a Decretis Commissorialibus non appellarunt neque intra Decendium juxta observationem Revrdmi Lipski, et continuam Curiae Nostrae praxim, extraordinarie de prosequenda protestati sunt; imo eadem Decreta, per Juramenta super incorruptione Testium tum de stando Juri; et parendo Judicato, neque in Actu Commissoriali praestita acceptarunt, Testesque quos inducere voluerunt et notulam ipsorum subscripserunt ad Interrogatoria ipsorum examinati, et Interrogatoria partis Actoreae Ipsis communicata fuerint, nullumque gravamen eis illatum sit; et quia ab accessoriis et in puncto statuitionis vigore Constitutionis Regni Anni millesimi Sexcentesimi Septuagesimi appellationes praetensae admissibiles et prosequibiles non sint, sitque ejusmodi petitio postera, uti post Decretum Judicii Nostri Demandatae repositionis Inquisitionum excipiendo, dicente, ac ideo cum non constet de gravamine, assertam appellationem inprosequibilem esse, inferente. Interveniente quoque ad causam praesentem, Religioso provinciali Ordinis Sancti Francisci Minorum Conventualium, ac interventionem Suam admitti atque Se circa Jura Sua ad Ecclesiam Beatissimae Virginis Mariae habita conservari, Religiosorum vero Bernardinorum interventionem ad Ecclesiam Eandem factam rejici Supplicante. Interveniente quoque Religioso Rectore Totoque Collegio Plocensi Societatis Jesu, per Religiosum Andream Rutkowski Societatis Jesu, ratione Juris et praetensionis praedicti Collegii ad eandem civitatem habitae, interventionemque Suam admitti postulante. - - - A -

Nos cum Consiliariis et Jurisperitis Nostris, auditis partium controversiis, allegationibus, et Defensis, suspensa cognitione admissibilitatis et prosequibilitatis, appellationis, legalitatisque nec ne Sententiarum Commissorialium, ad lectionem Inquisitionum per partes repositarum juramento comprobatarum, condescendimus. Quibus lectis et per omnes circumstantias matura Deliberatione Discussis; siquidem Judicio nostro patet, et sufficienter Deductum est: quod in Civitate Torunensi s: quae olim tota fuit Catholica :s Cives, Incolae et populus Augustanae Confessionis Acatholicae, abutendo beneficio Reipublicae, Religionem Ipsorum hoc in Regno Catholico tolerantis, aliquoties jam s: uti Acta testantur :s insolenter et violenter, tumultus et seditiones contra Catholicos et Spirituales personas excitavit, et nunc recenter in contemptum ejusdem Fidei Orthodoxae Romanae, perturbationem pacis et tranquillitatis publicae, ac in convulsionem Legum et Constitutionum Regni, praecipue Anni millesimi Sexcentesimi Septimi, quae Religiosis Societatis Jesu et Studiosis Scholaribus

in Civi

in Civitatibus Terrarum Prussiae, singulariter in eadem Civitate Torunensi omnem praecavit Securitatem, improba temeritate et audacia Ducti, ex levi causa dejectionis videlicet galeri de capite cujusdam Acatholici irreverenter processionem cum Sanctissimo Sacramento, in Solennitate Festi Sacratissimi Scapularis Beatissimae Mariae Virginis, per Coemeterium Ecclesiae Sancti Jacobi Religiosarum Moniatium Ordinis Sancti Benedicti anno presenti celebratam prope stando intuentis, per Studiosum Catholicum zelo Cultus Divini Ductu, factae, eundem Studiosum in Coemeterio Ecclesiae praefatae spreta Illius immunitate Famatus Heyder colaphizavit, et cum Famato Karviza aliisque Concivibus Suis ex Coemeterio violenter extraxit ac Custodiae Militari civili tradidit, ad postulationemque Studiosorum, tam Idem Heyder quam nobilis et Spectabilis Resner praesidens, eundem Studiosum ex carcere dimittere noluerunt, imo in crastino alterum Studiosum propterea ac si quod precibus Suis, tam Eidem Famato Heyder quam et Nobili ac Spectabili Resner praesidenti molestus esset, incarcerari fecerunt, taliqué incarceratione et ad crebras preces Studiosorū denegata Illorum excarceratione, eosdem Studiosos Catholicos polonos ad abducendum vicissim gymnasistam Acatholicum ad Suas Scholas provocarunt, tumultumque et guerram iidem Acatholici excitarunt, quem tumultum Nobilis et Spectabilis praesidens, sub cujus potestate populus Torunensis erat, prout ad initium non compescuit, ita postea cum idem tumultus invalesceret, nullum Consilium cum Civitatis hujus Consulibus, de sedando tumultu, fecit, qui tumultuans populus dimissione gymnasistae Acatholici Studiosi non contentus, animis ferocibus et magna vi ac impetu cum armis primo Scholas, demum et Collegium Religiosorum Actorum effractis et exsectis foribus invasit, hypocausta, cubicula, scamna, sellas, cathedras, fornaces, fenestras, Sacellum, Congregationes binas Beatissimae Virginis Mariae et in iis Altaria duo in particulas securibus confregit, tandem et Imagines Crucifixi Salvatoris Nostri, Deiparae, multorumque Sanctorum dilaceravit, acinacibus confodit, dissecavit, et nonnullas Imagines statuamque Deiparae et Sanctorum Regni hujus patronorum ac aliorum exportando, accenso igni in platea ante Domum nobilis et Spectabilis Lerneke Vice-praesidis imposuit et combussit, et per hunc ignem Imagines cremantem saltando, varias blasphemias effrenatis in omnem licentiam linguis effutire praesumpsit, Religiosum Rectorem et duos Confratres ejusdem Societatis Jesu convulneravit, converberavit, s: uti obductiones loquuntur:/ ex quibus unus concussus de vita periclitatur; ac post cessatum s: quinque circiter horis durantem:/ tumultum, in sceleratos tumultuantes Cives et incolas praefatus Nobilis et Spectabilis Resner praesidens advertere et inquirere tanta crimina neglexit, impunitaque reliquit, et aperte se conniventem huic tumultui contra paucos Studiosos ex minoribus Scholis, s: ex majoribus enim jam vacabant:/ circa Collegium commorantes, et contra Actores excitato, reddidit; Nobilis quoque et Spectabilis Lerneke

Vicepræs[illegible]3

Vice-praeses ex vicina Scholis et Collegio Actorum domo Sua lapidea per fenestram aspi=
ciendo tumultuantes Cives ad sedandum hunc tumultum s: uti ex officio Suo tenebatur:/ -
Se non applicavit, imo ut milites et Cives bombardas ad Studiosos exploderent, mandavit,
ignemque ante Suam domum lapideam et in eo combustionem Imaginum passus est, et
nisi ad finem tumultus eum extingui curavit; ideo ex praemissis et aliis rationibus ju-
dicialiter illatis et deductis, memoratos Nobiles et Spectabiles Resner praesidem et Lerne-
ke Vice-praesidem Torunensem poenas Criminales succubuisse adinvenimus et decerni=
mus. Quatenus Religiosi Actores per Religiosum Jacobum Piotrowicz, Martinum Wolań-
ski Fratres Societatis Jesu, vel unum ex Illis Eosdem nobiles et Spectabiles Resner et
Lerneke cum sex Testibus sibi genere similibus saecularibus personis juramento co-
ram Commissariis Nostris ad executionem Decreti nostri praesentis assignatis convin-
cant; et quidem Nobilem et Spectabilem Resner praesidem in eam rotam quia Ipse per Carce-
rationem Studiosorum ex levi causa et non dimissionem eorundem ad preces Studiosorum
occasionem tumultus dedit, eumque tumultum sedare potuit et non sedavit, imo propter
non adhibitum Consilium Magistratus, et per mandatum militibus ac Decurionibus datu,
tumultum eundem auxit, et Culpa Ejus invasio et devastatio Collegii et Scholarum ac Sa-
crarum Imaginum dissectio et combustio a tumultu facta est, poenasque Criminales
promeruit; iam vero nobilem et Spectabilem Lerneke Vice-praesidem in eam rotam:
quia Ipse quoque ad tumultum sedandum ex officio de non applicavit, eumque per data
mandata ad ejaculandas bombardas ad Studiosos Catholicos, in coemeterio et in Scholis se
continentes auxit, combustionemque Sacrarum Imaginum ante Suam domum conniventer
passus est et dissimulavit, ac poenas Criminales promeruit; ita Illos vel Illum et Testes Deo
et Passione Christi adjuvante. Quod juramentum postquam praestiterint extunc utrosque
tam Resner praesidem, quam Lerneke Vice-praesidem Torunenses capite plectendos esse
sententiamus, bonaque Resner praesidis omnia confiscamus. Actuales autem Coemeterii
Scholarum et Congregationum ac Collegii Torunensis Societatis Jesu Invasores, violentiarum
manuales patratores, et principales hujus tumultus Authores, quos Inquisitiones eductae
arguunt esse reos, utpote Heyder, Mohapt, Hertel, Hans Krysztoff, Mularczyk, Cieślelczyk,
ignoti nominis Bekier, Guzikarz, Mertz, Baz Sutores, capitibus plectendos esse statui-
mus, tum et alios non solum Invasores sed et blasphematores, Imaginum Combustores, et
quidem Karwirza Lanionem, Szultz Iglarz, Hafft piernikarz praevia amputatione manu-
um dextrarum, nec non Gutbrodt capitibus similiter plecti debere, idque in foro publico
Civitatis Torunensis, vel alio ibidem Supplicionum loco solito in theatro sententiamus, pre
via tamen simili horum omnium supra Specificatorum per Religiosos Actores praenominato-

ut supra juratoria convictione, prout objectorum Criminum sunt rei et ejusmodi poenas promeruerunt. Corpora vero Eorum, et quidem corpus Karwizy Lanionis in quatuor partes dilaniatum, et aliorum blasphemorum Schultza, Haffta, Gutbrota extra Civitatem rogo imponantur et comburantur. Jam vero nobilis et Spectabilis Gerhardus Thomas Burgrabius et Cymerman Consul praedictae Civitatis Torunensis tumultus Spectator, qui ad sedandum hunc praefatum tumultum /: uti ex Officiis Suis tenebantur :/ non concurrerunt, tam a Burgrabiali quam a Consulari officio utrosque removemus ac privamus, et inhabiles horum Officiorum esse declaramus; et praeterea quatenus Sessionem Turris civilis Torunensis in una ab actu inchoatae Commissionis futurae septimana ingrediantur, eandemque Cymerman per spatium dimidii anni, et Gerhardus Thomas per duodecim septimanas continuent et expleant decernimus sub poena infamiae in ibidem coram Commissariis Nostris sive in Judicio Nostro publicanda. Quoad personas Nobilium et Spectabilium Meysner Consulis, et Hedemejer Secretarii propiores Eosdem citatos ad evasionem juratoriam adinvenimus, idque in eam rotam nobilem Meysner: quia de tumultu inchoato nescivit et ad finem ejus domum veniendo media sedandi illius non habuit; jam autem Hedemejer: quia lapidem contra Collegium Actorum /: ut Ipsi objicitur :/ non projecit, neque tumultum ad projiciendos lapides concitavit, nec ullo modo, consilio et opere ad eundem tumultum et violentias Actoribus illatas cooperatus est, idque cum tribus quisque testibus sibi genere Similibus possessionatis. Quibus juramentis praestitis liberos fore debere a poenis pronunciamus. — Quoad personas Graurok praefecti militiae civilis, et Jamati Lyber Apothecarii Ductoris unius Quartierae: quoniam Ipsi manum fortem habentes eundem tumultum non sedarunt, imo contra Studiosos Catholicos Scholasque eorum, non autem contra tumultuantes, bombardas exploserunt, et per recessum Suum a Scholis, easdem et Collegium indefensum furiae populi tumultuantis reliquerunt; idcirco licet poenam Capitis jure merito succumbere debent: quia tamen id ex mandato praesidis factum fuisse dignoscitur /: quod alias in tali casu attendere non debuerunt :/ ad mitiores descendendo, decernimus; quatenus utergue redimendo caput furdum Civilis turris Torunensis, in una ab Actu inchoatae futurae Commissionis Septimana ingrediantur, ejusque Sessionem per annum et sex Septimanas continuent et expleant, et in egressu de eadem turri, Lyber centum aureos, Graurok vero quinquaginta in vim mulctae Actoribus solvant, statuimus: facturi sunt praemissa Fidem Citati sub poena infamiae et colli, ac libera captivatione in ibidem coram Commissariis Nostris sive in Judiciis nostris in casu contraventionis huic Decreto publicanda. Reliqui autem Citati quos Inquisitiones eductae circa invasionem Actorum presentes fuisse, et tumultui Se cum armis immiscuisse demonstrant, licet tanquam Complices

tantos

tantorum Scelerum, eadem poenà, qua principales, Criminali puniri Deberent: quia tamen De personali seu manuali eorum excessu luculenter non constat; ideo decernimus, quatenus ipsi, videlicet: Seyblingier et Leban, Surkowski pisarek Famati Kleyba, Maciejowski, Nagorny, et Grunau Gymnasistae, Bednarczyk, rēdimendo capita, furidum turris seu carceris per Comissarios Designandi in una ab actu inchoatae Commissionis futurae Septimana ingrediantur, ejusque Sessionesr itidem per annum et sex Septimanas; jam vero Sarka et pisarek seu famulus Zylbera per dimidium anni; Walter Civis, Heyna, pisarek seu famulus kusego Janka, godfryd pantel, Westphal et Krygier gymnasistae pisarek seu famulus Famati proba Vinopolae, Samuel Werner famulus Dankmajera Mercatoris, famulus seu pisarek Szweycmana, Nathanael pisarek Sengiera, Helszt pisarek Rozdayczera, Gryffald famulus Reych, filius Hanaowey Viduae, Alexander Balwierz, Kall Wachmagister, Suchel perukarczyk famati pozyna, Filius Rauzowy Viduae, Christianus famulus Krauzyi, perukarczyk sub signo aurei Cervi existens, Kleber pisarek seu famulus Seysmera, Bedka, Kranz Berendt Laniones, pisarek Sztyrny, Nosek Białoskornik, per unum quartale anni carceres Civiles subeant continuent et expleant sub poena infamiae et liberae captivationis; et in egressu de turri Famatus Seyblingier et Leban tanquam coemeterii Ecclesiae Sancti Jacobi Invasores, Immunitatisque ejus violatores quisque ex persona Sua quinquaginta aureos, et Sarka viginti quinque aureos Religiosis monialibus ad dictam Ecclesiam existentibus; alii vero supra specificati Cives et famuli Civium pisarkowie dicti, seu eorum Domini pro incontinentia ipsorum, quisque ex persona Sua per viginti quinque aureos, Walter vero et Heyna tum et Hanaowa Vidua pro Filio Suo per quinquaginta aureos similiter quisque ex persona Sua in vim muletae pro exstruenda Columna et Statua marmorea Beatissimae Mariae Virginis in loco in quo Statua Ejusdem Beatissimae Mariae Virginis et aliae Imagines Sanctorum combustae sunt /: si commode fieri poterit:/, aut ei vicino prope Collegium situanda, applicandos, ad manus Religiosi Rectoris ejusdem Collegii Societatis Jesu solvant, sub simili poena Infamiae in ibidem coram Commissariis Nostris, sive in Judiciis nostris publicanda, et ipsa captivationis poena. Reliquos famulos, scilicet: Westphal, Ludovicum Swiderski, Exactorem Szarpacz nuncupatum, tum et pueros seu tyrones Szweycmana, Sengiera z pod białego konia, aurigam Heyny, flagellis coercendos et puniendos esse censemus. = – Resolvendoque Suspensam in anterius factam, et Remissam expediendo, appellatione inadmissibili nec prosequibili a Sententia Comissariorum nostrorum adinventa, partes circa Sententiam eandem Commissariorum Nostrorum conservamus cum ea declaratione: quod non coram Judicio Nostro sed coram Comissariis Nostris infra nominatis, omnes eosdem carcerato

carceratos arrestatos et Sequestratos pro sumendis poenis Decreto nostro praesenti afsignatis nobilis et Spectabilis eMagistratus et Ordinis Civitatis Sorunensis statuere teneantur sub rigore in praefata Sententia Commissoriali expresso. Et quoniam frequenter hi tumultus prepotentia Acatholicorum in Civitate Sorunensi fiunt, eosdemque Magistratus Acatholicus sedare et compescere negligit, imo conniventer se habere in illis consuevit; ideo ad coercendam facilius insolentiam et licentiam populi Acatholici, tumultibusque ulterioribus contra Catholicos usu jam ferme receptis in futurum obviando, atque Constitutionem Regni Anni millesimi sexcentesimi trigesimi Octavi ad executionem deducendo, statuimus et ordinamus, quatenus abhinc in futurum in eMagistratu Consulari, Scabinatu et sexaginta-viratu ac in Officio Secretariorum sit medietas Catholicorum idque per Electionem juxta praescriptum jurium Civitatis /: quae illaesa esse volumus :/ procedendo, in locum demortuorum, vel post ascensum, aut resignationem Acatholicorum, ad eadem Officia afsumendorum, incipiendo statim post remotos praesenti Decreto a suis officiis : quos Catholicos in praesentia Comissariorum ad executionem presentis Decreti deputatorum eligent; pariter ad Jus Civile suscipiendum, contuberniague Sua et officia Catholicos sine cunctatione admittent; et in Servitio militari /civili medietatem Catholicorum, officiales autem militum Catholicos semper habeant, idque sub poena quingentorum aureorum memorata Constitutione Regni Anni millesimi Sexcentesimi trigesimi octavi vallata, per Generosum Instigatorem Regni in Judiciis Nostris vindicanda, et sub nullitate Electionis in contrarium praesenti Decreto peractae. Ut autem Cultus Divinus augeatur, et Honor laesus Deiparae per Combustionem Illius Statuae et Imaginum Sanctorum reparetur, Fidesque Catholica in Eadem Civitate Depressa reflorescat et propagetur : admissa interventione Religiosorum Ordinis Sancti Francisci de Observantia /: qui Soli in Regno Nostro Bernardini vocantur :/ Ecclesiam Beatissimae Mariae Virginis antea in possessione Eorundem Religiosorum Ordinis Sancti Francisci de observantia existentem, tanquam proprietariis et ultimis ante occupationem per Acatholicos hujus Ecclesiae possessoribus cum Supellectili Ecclesiastica et Bibliotheca, quae et qualis intercepta est, et ex Inventario antiquitus conscripto per Nobilem et Spectabilem eMagistratum Sorunensem producendo Ejusdem Ecclesiae propria esse apparuerit, et gymnasium quod ex monasterio Eorum Acatholici sibi fecerunt, Eisdem Religiosis Bernardinis adjudicamus; et ut Ipsos Comissarii nostri ad Executionem Decreti Nostri praesentis Deputati reinducant, Illis committimus. Quam Reinductionem Nobilis et Spectabilis Magistratus et Ordines, et nemo ex populo Acatholicus Civitatis Sorunensis seu quevis persona impugnare audebit subpoena Infamiae, quam decernimus, et Terminum publicandae coram Commissariis Nostris Eisdem conservamus;

processiones quoque publicas statis temporibus cum Sanctissimo Sacramento juxta morem et institutum Ecclesiae Catholicae, tum Sepulturas processionaliter publicas Catholicorum, f: uti olim fuerant :/. Acatholici impedire et interturbare in eadem Civitate ne audeant prohibemus, et paenam quingentorum aureorum, aliasque per judicium Nostrum decernendas et extendendas interponimus. Scripta typis impressa Sarcasmos et Convitia in ludibrium et contumeliam Fidei Catholicae, Ecclesiaeque Orthodoxae continentia, ut et hymoenea per Giereth praedicantium sacra miscendo profanis concepta cassamus, et ad rogum per Executorem justitiae comburenda damnamus; Ipsumque Giereth et Olloff praedicantios ob non comparitionem coram Comissariis Nostris, et in Judicio Nostro, non datamque in objectis sibi justificationem, Infames et proscriptos esse de Regno Declaramus. Et ut reliqui praedicantii Gorunenses modeste se gerant, Fidem Catholicam et Spiritualem Statum dictis et scriptis suis famosis non laedant, et Typographia Gorunensis nullos Libros et Scripta sine facultate loci Ordinarii et Censura Theologi ab Eo constituti imprimere audeat, Severe et sub Confiscatione Typographiae interdicimus. = – Et siquidem ex occasione binorum Studiorum et Studiosorum Catholicorum videlicet et Acatholicorum in Civitate eadem Gorunensi tranquillitas publica saepius turbari solet; idcirco Discrimina quevis turbasque et rixas amoveñdo, Scholam seu Studiū Acatholicum in Civitate tam nova quam veteri Gorunensi haberi interdicimus, ad aliquam tamen Villam viciniorem Civitatis vel locum extra Civitatem separatum Scholam seu Studium transportari Acatholicis permittimus. Damna causata litisque expensas ad triginta quatuor millia sexcentos florenos bonae monetae in Prussia currentis per Actores liquidata, praevia realitatis eorum per Religiosum Rectorem coram Comissariis Nostris infra Scriptis juratoria comprobatione, quatenus Civitas Gorunensis durante Commissione futura Actoribus solvat demandamus; idque sub intromissione in bona huic Summae adjudicatae proportionata Civitatis Gorunensis patronymica in praesentia Comissariorum Nostrorum, per Ministerialem et Nobiles conferenda. Quae Bona per Intromissionem tradita Religiosi Actores usque ad exsolutionem specificatae Summae possidere, et ususfructus ex Illis percipere debebunt: a cujus Summae Solutione et quavis in litem praesentem contributione Catholicos liberamus, confiscataque Bona Resnera Civitati Gorunensi damus et adjudicamus. Religiosos quoque Actores Societatis Jesu, nunc et pro tempore Gorunii existentes praemonemus, ut Studiosos Scholas Suas frequentantes in modestia Disciplinaque debita contineant, illosque coerceant, et advertant, ne injuriis, contumeliis, et violentiis Acatholicos afficiant. Alios autem indicentes supra specificatos cum Suis querelis et praetensionibus ad Commissarios Eosdem remittimus. —

Interv

Intervenientibus tamen pellionibus Catholicis; quatenus Nobilis et Spectabilis Magistratus Torunensis Decreti nostri cum Acatholicis Pellionibus lati satisfactionem injungat, illudque durante Commissione exequatur, Ipsi demandamus. Ad extremum Tamato Radzki, qui filium Acatholicum Heydera s: postquam pater Heyder Catholicus factus est:/ de Civitate Torunensi ad exteros expedivit, coram Comissariis Jisdem Statuat, Ipsi sub poena mille Talerorum injungimus. —. —. pro Cujus Decreti Nostri Executione Commissarios Nostros utpote Magnificos: Jacobum Sigismundum Rybiński Culmense, Ignatium Dziatynski pomeraniae palatinos; Adamum poniński Gnesnensem, Andream Dąmbski Brestensem Cujaviae, Casimirum Rudziński Czernensem, petrum Czapski Culmensem Castellanos; et Generosos Georgium Lubomirski Succamerarium Regni, Franciscum Aloysium Loski Varsaviensem et minoris Cancellariae Regni Regentem, Felicianum Grabski Lanciciensem, Antonium Trypolski Kijoviensem, Adamum Wilkowski Sochaczeviensem Succamerarios; Josephum Nakwaski Capitaneum Ciechanoviensem, Vladislaum Wyrzembski Instigatorem Regni, paulum Jaroszewski plocensem, Franciscum Mokronowski Varsaviensem Vexilliferos; Franciscum Poniński Dapiferum posnaniensem, Josephum Wysocki Siradiensem, Ludovicum Borucki Brestensem Cujaviae pocillatores; Casimirum Polanowski Subdapiferum Buscensem, Joannem Piwnicki Notarium Terrestrem Culmensem, Franciscum Lopacki, assignamus et deputamus, Jisdemque committimus, quatenus praeviis Innotescensiarum Suarum Literis, duabus Septimanis ante Terminum ponendis ad Civitatem nostram Torunensem condescendant; ibidemque absentia nonnullorum non obstante, modo quinque adsint Jurisdictione sua Comissoriali in praetorio vel alio loco qui Ipsis commodior videbitur fundata, acclamatisque ad praesentiam Sui per Ministerialem Partibus; in praesentia Earum, tum et Incarceratorum et arrestatorum Statuendorum, Decretum praesens Nostrum publicari faciant, illudque in omnibus contentis punctis, non attentis quibusvis Citatae et jure victae partis oppositionibus, rescriptis, appellationibus, Citationibus prosecutorialibus, mandatis nostris exportatis vel exportandis, ad Executionem, adhibita etiam forti militari manu, deducant et deduci curent. Quam Executionem nobilis et Spectabilis Magistratus et Ordines Civitatis Torunensis, et nemo irritare audebit, sub poenis Legum contra Convulsores Decretorum Nostrorum sancitis, et ipsa poena perduellionis. Demum Judicentium seu Intervenientium ad presens praetensiones exaudient, cognoscent, ac pro Jure, justitia et aequitate decident, sopient, vel si complanare poterunt, complanabunt, moderabunt. Appellatione a sola definitiva Sententia in his duntaxat Judictionibus, partibus se gravatas esse sentientibus ad nos Judiciaque nostra salva manente. Actum Commissionis quoad Judicentium et Intervenientium praetensiones expeditae in aperto, Inquisitiones vero, si quae

educte

eductae fuerint in occluso rotulo partibus extradant; postquam taliter in rem Judicentium — expeditam Commissionem, Terminum coram Nobis Judicioque Nostro comparendi Jisdem Judicentibus conservamus peremptorium Decreti presentis vigore. In cujus rei fidem presentibus Sigillum Regni est appressum. Actum Varsaviae sub tempus Comitiorum Regni Generalium feria Secunda post Festum Sanctorum Simonis et Judae Apostolorū proxima. Die trigesima mensis Octobris Anno Domini millesimo Septingentesimo vigesimo quarto. Regni vero nostri vigesimo octavo Anno —. — . — . — . — . —.

Joannes Szembek
Supremus Regni Cancellarius.
/: L. S. :/

Relatio Illustrissimi et Excellentissimi Domini, Joannis in Stupow Szembek, Supremi Cancellarii Regni, Lomzensis, Graudentini etc. Capitanei —.

Sebastianus Rybczynski Decretorum Curiae Regni notarius mp.

166.) Executio praefati Decreti.

Actum in praetorio Sacrae Regiae Majestatis Thorunensi, die quinta Decembris Scilicet feria tertia ante Festum Immaculatae Conceptionis Gloriosissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini 1724. — . — . — . — . — . — . — .

Coram Illustribus et Magnificis Jacobo Sigismundo in Rybno Rybiński palatino Culmensi Generali Artilleriae Regni, Covaleviensi, Lipinensi, Vislicensi etc Capitaneo, Marescalco Tribunalis Regni; Adamo a Ponin poniński Gnesnensi, Babimostensi Capitaneo. Andrea a Lubraniec Dąmbski Brestensi Cujaviae; Casimiro a Rudno Rudzinski Cerscensi, Colonello Exercitus R. S. Majestatis et Reipublicae, petro Czapski Culmensi, Knyszynensi, Radzinensi, Sobovicensi Capitaneo, Castellanis; Georgio S. R. Imperij principe Comite in Jarosław et Wisnic Lubomirski Supremo Regni, Casimiriensi, Olsztynensi, Janoviensi Capitaneo, Generali Exercitus S. R. Majestatis et Reipublicae, Feliciano Grabski Lanciciensi, Antonio Trypolski Kosoviensi, Francisco Łoski Varsaviensi, Regente Minoris Cancellariae Regni, Adamo Wilkowski Sochacoviensi, Succamerariis; Josepho in Krysk Nakwaski Capitaneo Ciechanoviensi, Vladislao Wyrzembski Instigatore Regni, paulo Casimiro in Jaroszewo Jaroszewski plocensi, Judice et vice-Capitaneo et Terrae Visgrodien: Francisco Constantino Mokronowski Judice terrae ejusdem Varsaviensis et Marschalcali Vexilliferis; Francisco poninski Dapifero posnaniensi, Capitaneo Copanecensi, Josepho Wysocki Siradiensi, Ludovico Borucki Brestensi Cujaviae pocillatoribus; Casimiro polanowski Subdapifero Buscensi, Joanne piwnicki Notario Terrestri et vice-palatino Culmensi, Francisco Lopacki Subdapiferida Ciechanoviensi S. Regiae Majestatis Commissariis —. — . In praesentia Illustrium Magnificorum ac Generosorū et nobilium: Henrici Krokowski Gedanensis Capitanei parchoviensis, Stanislai

Garz

garczynski Bidgostiensis Castellanorum; Svietoslai Radowicki Vexilliferi pomeraniae, Alexandri Wolski Terrestris et Castrensis Bidgostiensis, Francisci Rosciszewski Castren. Judicum; Ignatii Dąmbski notarii Castrensis, Casimiri piwnicki et ex eodem palatinatu Joannis Kalsztyn ex Margeburgensi, Sikorski ex pomerania, ad Tribunal Regni Judicum Deputatorum, Bajerski Judicis Terrestris Michaloviensis, Joannis Cantii Rychłowski Dapiferi Siradiensis, Josephi Wągrodzki pocillatoris, Jacobi Milewski Tribuni Lacrocimensis, Francisci Rosciszewski Subdapiferi Terrae Dobrinensis, Joannis Stubicki Venatoris Junivladislaviensis, petri Sokolnicki pincernae Schovensis Colonelli S. R. Majestatis, Adami pilichowski Thesaurarij Terrae Wisogrodiensis, Joannis Nakwaski Capitanei S. R. Majestatis, Antonii Lakrzewski Judicidae Terrae plocensis, et aliorum plurimorum nobilium nec non Ministerialis Regni Generalis providi Alberti Kupczewicz ad actus praesentem assumpti —. — . — . — . — . — . — . — .

Nos Commissarii S. R. Majestatis in actu Superius Specificato inhaerendo Decreto Assessoriali S. Regiae Majestatis inter partes infrascriptas Varsaviae sub tempus Comitiorū generalium Regni feria secunda post festum Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum proxima, die 30. Octobris Anno praesenti prolato, vigore Literarum Innotescentialium ad mentem praefati Decreti tempestive scilicet duabus Septimanis ante praesentem Terminum et Actum Editarum, publicatarum et coram Actis Castrensibus Covaleviensibus feria tertia Ipso die Festi praesentationis Beatissimae Virginis Mariae inscriptarum, ad praetorium Thorunense, die hodierna in Actu contenta condescendimus, Jurisdictionem nostram Commissorialem fundavimus, pacem et Securitatem publicam Legibus et Constitutionibus Regni praescriptam et in Actibus similibus observari solitam, voce supra scripti Ministerialis, publicari et praecustodiri fecimus, Partesque in Decretum praefatum intrantes, voce supra scripti Ministerialis, ad Judicium nostrum acclamare demandavimus. Quo in Termino partibus utrisque, Venerabili Collegio Thorunensi Soc. Jesu Actoribus; per Religiosum Fratrem Martinum Wolanski Suo et totius Collegii nomine; per Nobiles et Spectabiles Andreā Szulc proconsulem et Joannem Fridericum Hawensztein Consulem personaliter; ex Scabinatu per Spectabiles Carolum Godefredum Hukszteyn Veteris Civitatis, et Joannem Sigismundum Haderszteyn novae Civitatis Thorunensis Scabinos; ex Communitate per Spectabiles Davidem Braun et Joannem Hube Scabinos Suburbanos, Suis et Magistratus, Scabinatus et totius Communitatis Thorunensis nominibus personaliter; Admodum Rdo Dño Matthaeo Donacki praeposito ad S. Laurentium extra moenia Civitatis Thorunensis Suo et Illustrissimi ac Reverendissimi Severini Szczuka Episcopi Joppensis Suffraganei Archidiaconi et Officialis generalis Culmensis Ecclesiae S. Joannis in veteri Civitate Thorunensis praepositi, Judicentibus et Actoribus personaliter; Venerabili Collegio plocensi Soc. Jesu per Religiosum Andream Rutkowski Regentem Seminarii Suo et ejusdem Collegii nomine personaliter; Religiosis ac Deo dicatis Monialibus Ordinis Sancti Benedicti Conventus Thorunensis Judicentibus et

Act

Actricibus per admodum Reverendum Hankiewicz plenipotentem inscriptum; Conventu - Thorunensi ordinis praedicatorum Judicente et Actore per Religiosum patrem Reptowski priorem Conventus ejusdem et Fratrem Joannem professum personaliter; Illustribus et magnificis Seridicis Conventuum patrum Bernardinorum ordinis Sancti Francisci Seraphici per provinciam Majoris poloniae per Religiosum et admodum Reverendum Seraphinum Gamalski provincialem personaliter; Famatis pellionibus Catholicis Civitatis Thorunensis Judicentibus et Actoribus per Famatum Andream Gutowski Suo et aliorum nomine personaliter; Famato antonio Kronikowski antehac Cive Thorunensi Judicente et actore personaliter; Magnifico Antonio Bogusławski Capitaneo plocensi Judicente et Actore per generosum Andream Chwałkowski Regentem Castrensem Junivladislaviensem; Magnifico Josepho Kretkowski Judicente et Actore personaliter; Admodum Rndo Krzetski parocho Dlutoviensi Judicente et actore per generosum Joannem Lalewski inscriptum plenipotentem; Generoso Josepho Rembelinski indicente et actore personaliter; Magnifico michaele Lalewski Subdapifero Mielnicensi per generosum andream Chwałkowski; Magnifico Gurski notario Terrestri et Castren Ciechanovien: per generosum Joannem Orlęwski; Successoribus olim generosi Jacobi Suski Judicentibus per generosum Adamum Murzynowski Suo et aliorum nomine personaliter; Generosis Karwosieckie Conjugibus Judicentibus et Actoribus per Generosum Joannem Karwosiecki Burgrabium Castren. plocensem Maritum Suo et Consortis Suae nomine personaliter; Nobili Cimesto de Wolson Judicente per Jngenuum Adamum Lapczyński personaliter; Spectabili Michaele Lybert per Generosum Andream Chwałkowski; perillustri et admodum Reverendo Josepho Bratkowski Canonico Cathedrali posnaniensi Judicente et Actore per Eundem generosum Chwałkowski; Generoso Andrea Daniszewski Judicente personaliter; Jncolis et Subditis S. Regiae Majestatis Mokrensibus per Honestos Petrum Szynal et Laurentium Piątek Suo et aliorum Jncolarum Mokrensium Judicentium et Actorum nomine personaliter. — . — . — .

Coram Judicio Commissoriali Comparentibus et judicialiter Controvertentibus . — . Quarum Controversiis nos Commissarii coram Se inductis et examinatis ac consideratis, ad Executionem Decreti S. R. Majestatis Assessorialis de Actu superius expressi accedentes. Ante omnia Jncarceratos et arrestatos ut in praesentia omnium Decretum praefatum publicetur? sub custodia militari adducere et Statuere coram Judicio nostro instantanee demandamus. Et quoniam Joannes Godefredus Resner praeses, Jacobus Henricus Cernik Vice-praesess, Simon Moabt, Christophorus Hertel, Christophorus Ciesielczyk Guttbort, Joannes Bekier Guzikarz, Joannes Georgius Mercz, Georgius Wąż Sutor, Christophorus Karusza Lanio, Jacobus Schultz Iglarz, Joannes Christophorus Kastpiernikarz, nec non Nobiles et Spectabiles Gerardus Thomas Burgrabius, Henricus Cymerman Consul, Gawrok, et Zybler

et Zybler Capitanei Thorunenses et alii sub Custodia militari coram Judicio nostro Commissariali sunt adducti et statuti: idcirco demus acclamatis voce Ministerialis ad Judicium Nostrum Comissoriale Partibus, apertis Stubae Judicialis foribus, in praesentia omnium, Decretum supra recensitum Assessoriale S. Regiae Majestatis, publicari fecimus; tandem post publicationem, ad executionem Decreti ejusdem processimus, decernendo. Quaterus Religiosi Fratres Jacobus Piotrowicz et Martinus Wolański sive unus ex eis, satisfaciendo saepe nominato Decreto, tam Rezner praesidem quam Cernik vice-praesidem criminaliter convincant instantanee; additur Ministerialis ad pronuntiandam Rotham. Quoad personam Rezner praesidis, ex Decreto praefato excerptam praestitit Religiosus Martinus Wolanski; additur quoque Ministerialis Testibus Nobilibus Jacobo Rabczyński, Casimiro Zieleniowski, Joanni Bartkiewicz, Martino Skibiński, Joanni Biernacki, Joanni Sosnowski, praestiterunt. Additur quoque idem Ministerialis quoad personam Cernik Vice-praesidis ad pronunciandam seorsive juramenti Rotham ex eodem decreto depromptam praenominato Religioso Martino Wolański et Testibus: praestitit una cu sex Testibus superius expressis. Additur denuo idem Ministerialis eidem Religioso Wolański ac Testibus ad pronunciandam juramenti rotham in Decreto praefato expressam. - Quoad personas Simonis Mohabt, Heyder, Christophori Hertel, Hans. Krzysztof Mular = czyk, Krzysztof Buttbordt dicti Ciesielczyk, Joannis Bekier guzikarz, Joannis georgii Mercz, Georgii Waż Sutoris, Christophori Karwiza Lanionis, Jacobi Szultz Iglarz, Joanis Christophori Hawt piernikarz, praestitit una cum Testibus ejusdem supra scriptis juxta Rotham ex eodem Decreto ipsi pronunciatam: s: excepto Heydera profugo qui fidem Catholicam ante fugam amplexus est: s. post quae Convictionis juramenta eosdem omnes Criminaliter convictos superius expressos, s: excepto Heyder Neo-Catholico profugo non convicto: / pro executione de personis eorum juxta praescriptum praefati Decreti S. Regiae Mjstis Assessorialis sumenda ad Executorem justitiae sub Custodia militari remitti demandamus. Actumque nostrum occupantibus tenebris, imminente Festo crastina die S. Nicolai Episcopi, ad feriam quintam sequentem, voce Suprascripti Ministerialis reclamari jussimus.

Tandem feria quinta in Vigilia Festi Immaculatae Conceptionis Gloriosissimae Virginis Mariae, post subsecutam Institutionem et Supplicium de personis praesidis et supra scriptorum convictorum /: excepto Cernik Vice-praeside :/ reassumpta Jurisdictione nostra Commissoriali, vocegue Ministerialis publicata et proclamata, partibus ut supra comparentibus, Conscriptionem Inventarii Substantiae mobilis et immobilis, olim praesidis Resner per Decretum S. R. Majestatis Assessoriale confiscatae, per Delegatos ex Magistratu in praesentia Magnificorum Commissariorum ex Stuba nostra Delegatorum, propter majorem Securitatem injunximus: ex qua fortuna olim praesidis Rezner confiscata et Civitati S. R.

Majestatis adjudicata, Nobilis ac Spectabilis Magistratus, Creditoribus omnibus ad Sub=
stantiam eandem confiscatam signanter generoso Bonafus Colonello guardiae S. Regiae
Majestatis cum juribus concurrentibus pro justo et aequo, ut satisfactionem decernat et in-
jungat ac praestet demandamus. Et quoniam super personam Vice-praesidis Cernik Venerabiles
patres Societatis Jesu actores executionem Criminalem non urgent, quinimo pro libertate
et vita Ipsius maxime instant, Senatores quoque, Officiales Terrestres, atque nobilitas pro-
ximorum et contiguorum palatinatuum, nec non Spirituales personae tam saecularis quam
Religiosi Ordinis, insuper populus Catholicus utriusque Sexus die hesterna ad Ecclesiam
S. Joannis in Festo S. Nicolai catervatim congregatus, pro Eodem Cernik, semper sibi Eundem
Catholicis cum fuerit in Magistratu Civitatis hujus constitutus, addictum, rectum, in faci-
litandis negotiis promptum, commendando et testando, lachrymabili voce, et penetrabili ejus-
latu ad nos Commissarios emisso, intercedit, ac per amorem Christi et Fidei Orthodoxae,
ut eorum vota et gemitus exaudiantur exemplari Catholicis pietate obligat; Nos vero Commissa-
rii, licetsi ad praemissas Instantias, magis tamen non urgente parte Actorea, executionem
Criminalem inclinari vellemus. Nihilominus siquidem Executio tantum Decreti S. R. Mjtis
est nobis concessa: idcirco rationibus supra expressis permoti, eo etiam non considerato, ut con-
fidentia et amicitia inter Catholicos ad magistratum juxta mentem Decreti praefati Assesso-
rialis accedentes, et Acatholicos concilietur, recepta prius a Magistratu et Ordinibus Civitatis
Thorunensis fidejussoria cautione, et data judicialiter Sponsione, saepe memoratum Cernik
ad impetrandam Clementiam S. Regiae Majestatis Judiciumque et decisionem Ejus remittimus.

= Tandem quoad personas nobilis et Spectabilium Jacobi Meyner Consulis et Joannis
Henrici Withmeier Secretarij decernimus: quatenus utergue eorum Decreto memorato S.
R. Majestatis Assessoriali Evasionis Juratoriae satisfaciant idque instantanee. Additur
ministerialis ad pronunciandam Juramenti Rotham ex Decreto depromptam, tam Eidem
nobili et Spectabili Meyner quam Testibus. praestitit cum Testibus Spectabilibus Martino
Gondlich, Jacobo Stark, Scabinis, Joanne Wonchausen Aurifabro. Additur quoque Specta-
bili Withmeier Secretario; praestitit cum Testibus Famatis Christiano Preijs, Cornelio
Elerd, et Michaele Fryc de Consensu partis actoreae, admissis similiter juxta Rotham in De-
creto contentam. Qua juratoria evasione attenta, Eosdem juxta Resonantiam Decreti
praefati a Termino et Causa liberos declaramus. - Jam autem Westphal Szarpacza, tum
pueros Szfecmana, Jengiera z pod biatego Konia, Aurigam Heyny, ante praetorium ad mente
praenominati Decreti flagellari demandavimus: postquam perpessam poenam liberos mittere
jussimus. —. porro propter specialiter exhibendum cultum Divinum et Honorem gloriosis-
simae Virginis Mariae, in vigilia Festi Immaculatae Conceptionis Ejusdem, ad Cathegoriam
et Jridictionem Religiosorum patrum Bernardinorum Ordinis Sancti Francisci Seraphici

perpe

per provinciam Majoris poloniae condescendendo, ac inhaerendo saepefacto Decreto Assessoriali S. R. Majestatis, ac Reinductionem in Ecclesiam Beatissimae Virginis Mariae atque gymnasium quod olim Monasterium Eorundem PP. Bernardinorum fuerat, processimus; et in Eandem Ecclesiam atque gymnasium cum attinentiis juxta antiquas fundationes et Jura, receptis prius a nobili et Spectabili Magistratu Clavibus, praefatos patres Bernardinos reinduximus, eandemque reinductionem voce Suprascripti Ministerialis reclamari publicari demandavimus, tradidimus, possessionemque pacificam ad Majorem Dei gloriam et Beatissimae Virginis Mariae ac omnium Sanctorum honorem assignavimus et Eos reliquimus. —. Interea nocte instante Actum nostrum post Festum Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae voce Ministerialis reclamari demandavimus. — . — . — . — .

Sabbatho itaque in Crastino Festi Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae, reassumpta denuo Jurisdictione nostra, partibusque ad Judicium nostrum modo quo Supra acclamatis comparentibus et in eadem Cathegoria Controvertentibus et disceptantibus; Nos Commissarii S. Regiae Majestatis, auditis partium disceptationibus et controversiis, decernimus ac demandamus: quatenus nobilis ac Spectabilis Magistratus, satisfaciendo Decreto saepefacto S. R. Majestatis, Inventarium Supellectilis ejusdem Ecclesiae atque Bibliothecam coram Judicio nostro Commissoriali producat et comportet, idque in instanti; et licet quidem Nobilis ac Spectabilis Magistratus Thorunensis satisfaciendo Decretis tam S. R. Majestatis, quam nostro, antependia antiqua bina, candelabra majora duo, minora duo, patribus Bernardinis in Ecclesia relinquit, Bibliothecam vero Magnificis Commissariis ex Stuba nostra Deputatis sine Inventario seu Regestro tradidit; verum quoniam Inventarium Supellectilis Ecclesiasticae praesertim in argento atque Bibliothecae apud Magistratum existare esse, rationibus probabilibus supponitur: ideirco suspensa tantisper decisione praesentis Cathegoriae Decernimus et demandamus: quatenus praedictus nobilis ac Spectabilis Magistratus Inventarium Supellectili Ecclesiasticae atque Bibliothecae sufficientius comportet idque instantanee. Eandem quoniam loco Comportationis sufficientioris Supellectilis Ecclesiasticae et Bibliothecae, partes pro Summa mille ducentorum tynfonum polon. composuerunt, proinde approbata ejusmodi complanatione judicialiter facta, resolvendo superiorem Suspensionem decernimus: quatenus nobilis ac Spectabilis Magistratus ad Manus Saecularis Catholicae personae quam Venerabiles patres Bernardini designaverint, Summam eandem in Spatio quatuor Septimanarum coram Officio Castrensi Covaleviensi realiter et effective solvat sub poena Banitionis quae decernitur et Terminus publicandae in ibidem circa Manifestationem conservatur peremptorius. Quantum attinet privilegium Divae olim Memoriae Serenissimi Sigismundi Regis poloniae coram Actis Castrensibus Juni Vladislavien-sibus in vigilia Festi S. Thomae Apostoli 1658. Anno per Oblatam porrectum, ad praesens

in Judicio

in Judicio Nostro per Patres Bernardinos productum, hoc in puncto causam pro cogni = = tione ejusdem Privilegii ad Judicia Assessorialia S. R. Majestatis remittimus, conservando partibus utrisque in Eisdem Judiciis Terminum peremptorium. — . Nihilominus pro Justitia et pietate decernimus ac mandamus, ut Nobilis ac Spectabilis magistratus et Civitas Thorunensis per se seu Subordinatas personas, accidentiam vulgò Akcyzy ab invecta rerum comestibilium et potabilium, ex eleemosyna per Eosdem Patres Bernardinos collectarum, semper quoties opus fuerit, ab Eisdem patribus Bernardinis non exigat nec exigi demandet aut permittat, idque sub poena in foro competenti vindicanda, et ne Eosdem patres ad Ecclesiam praenominatam atque Monasterium cum accidentiis modo quo supra reinductos, quovis modo vel praetextu interturbare audeat demandamus. idque sub poenis contra Convulsores Decretorum S. R. Majestatis Legibus Regni sancitis. — . Eodem Actu scilicet Sabbatho in crastino Festi Immaculatae Conceptionis gloriosissimae Virginis Mariae, satisfaciendo Decreto praefato S. Regiae Majestatis, Scripta quaevis Typis impressa Sarcasmos et Convitia in contumeliam fidei Ecclesiaeque Orthodoxae continentia per praedicantios concepta, per Executorem Justitiae ad sonum Tubae comburi demandavimus. — . — . — . — . — .

Tandem Feria secunda post Festum Immaculatae Conceptionis gloriosissimae Virginis Mariae, reassumpta iterato Jurisdictione nostra, vigore nuperae ad diem hodiernam reclamationis, partibusque voce Ministerialis acclamatis, modo quo supra comparentibus, ad Executionem ulteriorem punctorum Decreti S. R. Mjtis Assessorialis procedendo: Quantum attinet personas Famati Heyder et ejus filii per Famatum Racki avocati et ad exteros expediti, atque seorsive personam Hans Krzysztofa Mularczyka; siquidem Famatum Heyder qui Catholicus factus, pars Actorea criminaliter non convincit, proinde eundem a poenis criminalibus liberum pronunciamus. Nihilominus decernimus et mandamus: quatenus tam nobilis et Spectabilis magistratus Torunensis praedictum Hans Krzysztof Mularczyk, atque distinctim Famatus Racki filium Heydera statuant idque instantanee. Tandem quoad personam Mularczyka tradente se nobili et Spectabili Magistratu ad evasionem juratoriam admissibilem et propiorem ad evadendum adinvenimus, decernendo: quatenus bini ex Magistratu Consules evadant in eam Juramenti rotham, quod de fuga praefati Mularczyk Magistratus cum Suis Ordinibus nescivit, neque causa vel occasio fugae ipsius fuit, nec scit ubi commoratur, nec copiam ullam ejusdem Statutionis habet, idque instantanee: praestiterunt Nobiles ac Spectabiles Jacobus Bema et Joannes Christophorus Etzner Consules: quo attento nobilem ac Spectabilem Magistratum Liberum a Termino et quavis Impetitione declaramus. Nihilominus praedictum Mularczyko criminaliter Convictum, ubicunque locorum capi vel p

vel praeveniri poterit in fundamento Decreti S. Regiae Majestatis capite plectendum esse sententiamus, et pro Executione ad quevis officia per Executorem Justitiae de persona Ipsius facienda remittimus. — Quoad personam filii Heydera nomine Christiani; siquidem Eundem Famatus Racki judicialiter Statuit, quem pars Actorea Venerabiles patres Soc. Jesu in fidejussionem receperunt, proinde eundem famatum Racki satisfeciße Decreto prefato S. R. Majestatis Afsessoriali et nostro adinvenimus et liberum facimus. Actumque nostrum ad diem Crastinum scilicet feriam tertiam apparitori Judicii nostri reclamari demandavimus —. — . — . — . — . — . — . — . — . — .

Fandem feria tertia post Festum Jmmaculatae Conceptionis Gloriosißimae Virginis Mariae, reafsumpta solito modo et forma Jurisdictione nostra, partibusque post publicationem et acclamationem Ministerialis ut supra comparentibus et secum judicialiter controvertentibus: quarum Controversiis Diligenti trutina exceptis et consideratis: = Quod spectat punctum seu Cathegoriam Decreti praenominati Electionis in Magistratu, Scabinatu, Sexaginta-viratu, ac Secretariatu medietatis Catholicorum Decernimus ac injungimus: quatenus praedictus Nobilis ac Spectabilis Magistratus Thorunensis cum Suis tribus ordinibus ad Electionem eandem, inhaerendo Decreto memorato S. R. Majestatis accedat, eandemque juxta præscriptum jurium Suorum ac Decreti praefati faciat, idque in instanti. Et quoniam praenominatus Nobilis ac Spectabilis Magistratus cum Suis Ordinibus stante spacio et rejectione ejusdem Cathegoriae per aliquot dies, ad Officia Consularia, Nobiles ac Spectabiles Thomam Skomorowski, Joannem Rubinkowski, Constantinum Maryanski, Carolum Ludovicum Sferstman; ad Scabinatum vero Vilhelmum Ludovicum-Faust, Bartholdum Laurentium Lyer Catholicos in locum demortuorum et remotorum Acatholicorum elegerunt, idcirco satisfeciße eundem Nobilem ac Spectabilem Magistratum cum Suis Ordinibus Decreto S. R. Majestatis et nostro Commißoriali in parte adinvenimus. Nihilominus Decernimus ac mandamus: quatenus Idem nobilis ac Spectabilis Magistratus cum Suis Ordinibus satisfaciendo eidem Decreto S. Regiae Majestatis, illudque per omnia observando, numerum medietatis Catholicorum in proconsulatu, Scabinatu, Sexaginta-viratu, Secretariatu, Tribubus in Electionibus Suis statis et consuetis temporibus incidentibus, incipiendo statim ab imminenti proxime in anno Deo dante futuro millesimo Septingentesimo vigesimo quinto Electione, quae vocatur Kira, adimpleat, et donec numerus medietatis Catholicorum adimpleatur, hucusque Acatholicos Suos circa omnem controversiam vel cunctationem, aut quovis modo ad-inventum sive adinveniendum medium vel colorem ne eligat Ipsi demandamus: Insuper Eosdem Catholicos ad Jus civile, Contubernia, Opificia, Commercia, coemptiones Domuum lapidearum, Fundorum, granariorum admittat nec ullo modo ad id impediat neque interturbet; in Servitio autem militari Civili medietatem Catholicorum, Officiales autem

Cathol

catholicos ad mentem praenominati Decreti S. R. Majestatis, incipiendo statim ab Actu presentis Commissionis nostrae semper habeat; idque sub poena et rigore in eodem Decreto S. R. Majestatis expresso per contravenientem Nobilem ac Spectabilem Magistratum atque Ordines Civitatis Thorunensis irremissibiliter succumbendo et per quamcunque personâ ex Catholicis in foro competenti vindicando. —. — . — . — . — . — . —.

porro feria quarta post Festum Conceptionis Immaculatae gloriosissimae Virginis Mariae, vigore hesternae ad diem hodiernam voce Ministerialis Actus Judiciorum Nostrorum reclamationis, reassumpta Jurisdictione nostra, partibusque modo solito ad Judicium nostrum acclamatis prout Supra comparentibus et controvertentibus. Quantum attinet Damna ac litis expensas per Venerabiles p.p. Soc. Jesu Collegii Thorunensis Actores ad Summam triginta quatuor millium sexcentorum florenorum pruthenicalium liquidatam et per Decretum prenominatum S. R. M. praevia comprobatione per Admodum Reverendū Rectorem collegii Ejusdem adjudicata: Quoniam partes scilicet tam Actorea Venerabiles p. p. Societatis Jesu quam Citata nobilis ac Spectabilis Magistratus Thorunensis, loco praestandi Juramenti per Adm Rdum Rectorem alias sisterido Juramentum hocce, ad interpositionem dignorum amicorum pro Summa viginti Duorum millium florenorum pruthenicalium composuerunt; ex qua Summa Nobilis ac Spectabilis Magistratus Thorunensis cum Suis Ordinibus Summae octo millium florenorum pruthenicalium instantaneam solutionem offert; jam vero in Summa quatuordecem millium pruthenicalium Bona Sua patronymica Łążyn et Węgorzyn modo obligatorio Durante praesente Commissione in presentia Nobilium et ministerialis officiosè conducendorum dimissurum se usque ad Exemptionem declarat: idcirco nos Commissarii approbata ejusmodi Complanatione inter partes benevole inita Decernimus: quatenus Summam praefatam octo millium florenorum pruthenicalium, prout se nobilis ac Spectabilis magistratus judicialiter offert, instantaneè solvat sub poena Banitionis, quae decernitur, additur et remittitur. Jam vero in Summa quatuordecem millium florenorum pruthenicalium Bona memorata Łążyn et Węgorzyn cum omnibus accidentiis et pertinentiis, in praesentia Nobilium et Ministerialis officiose durante Commissione & conducendorum, praevia in ijsdem Bonis Conscriptione Inventarii, Idem Nobilis ac Spectabilis Magistratus cum Suis Ordinibus praedicto Collegio Thorunensi dimittat et actualiter tradat, cum Ea Judiciali de Consensu partium declaratione. Quodsi praefatam Summam nobilis ac Spectabilis Magistratus Thorunensis in Exemptionem praedictorum Bonorum provenientem, pro crastino Natalis S. Joannis Baptistae proxime in Anno Decidante venturo coram officio Castrensi Covaleviensi non exolverit, extunc pars Actorea scilicet Collegium Thorunense de Anno ad annum usque ad Exemptionē pacifice Bona eadem tenebit et possidebit. Quodsi vero nobilis ac Spectabilis Magistratus

Suma

pewnie już currentia poczty teraźnieyszey stanie in conspectu Domini Waszey Królewskiey Mości Pana mego Miłościwego w państwach JEgo Dziedzicznych, y będzie miała honor na List do mnie pisany z Warszawy de die 16. elapsi peten submiſsyi prezentować Respons zaczęty a capite Libri; = jakobym niemiał podziękować W. K. M. za oddaną przez Jmpana Komiszego W. X. Lit. Kommendę! Ja gdy przypominam sobie gratiſsimam mentę Konferowaną z Laski y Dobroci W. K. M. P. M. M. Buławę W. Kor. pamiętam że za Ten Urząd Hetmański wraz z Kommendą nad całym Woyskiem Winne Majestatowi JEgo oddawałem dzięki: teraz kiedy arguor de peccato sine crimine, vivens w Usługach JEgo Kr. Mci niemogę rozumieć zkąd na mnie ta Censura durae cervicis padła, bo obrutus Beneficiis W. K. M. nauczyłem się zawsze uniżać Majestatowi; nawet natura sama niedała mi tey Wymiotności abym do schylenia głowy et fastuum meorum przed Panem tak dobrym niemiał promptum facilemque animum, chybabym to podał się z niewiadomości jakiey w złą opinią Delatorów którzy chcieli mieć Ceremonialną Kommendę, a niewiedzą że Żołnierz bez ceremonii powinien Jussa exequi. Nachylona była wprawdzie Władza Hetmańska uporczywą Kommendy pretensyą ale exvinkulować się cale niemogła dla gwałtownych usurpacyi; ponieważ żaden Hetman przez danie Ordynansu pro exigentia temporis komu innemu na Kommendę doczesną niewyzuwa się sam z prawa tak wielo konstytucyami, zwyczajami uprzywilejowanego y znocnionego ani z całości prerogatyw Swoich aby je kiedy chcąc odebrać niemogł. Jednak gdy examinuję actus moje y protokuły znayduję kopią Listu mego z Dzikowa do W. K. M. P. N. M. pisanego in materia podziękowania za Oycowskie około Dobra pospolitego Staranie przez ułatwienie Kommendy. Znać że Listy moje zatrzymane były od Tych Jmciów którzy oderant lucem magis amando tenebras chcących zawsze profitować in turbido: Ci także y Ordynanse moje do Woyska wydane opacznie tłumaczyli przed W. K. M.; gdyż ja nic nadto nieprzywłaszczam Jurisdykcyi mojey tylko co prawo każe którym się praedecessores moi rządzili bez naymnieyszey

przes

przeszkody jakom ia zastat y już za panowania Szczęśliwego W. K. M. praktyko- —
watem: probuję to dawnymi Aktami Woyskowemi iż gwardya za Ordynansami Het-
mańskiemi stużyła nayjaśnieyszym Królom; ani ia iey oddalam tym Ordynansem od
Usługi W. K. M. tylko dla porządku dobrego w Woysku zalecitem Słuchanie Ordynan=
sow moich y Raportow oddawanie według praw dawnych y Zwyczajow: nietylko bowiem
ta gwardya lecz całe woysko urgente necessitate będzie z nami Hetmanami ad Fini-
tionem osoby y Majestatu W. K. M. — Mam Obligacyą JmPanu Woiewodzie podlas=
kiemu Kolledze memu że rzetelnie opowiedział W. K. M. jako nietylko w Intencyi
ale y pomyśleniu moim niepowstało abym miał przez wydanie pomienionych Ordy=
nansów naruszać Leges Majestaticas, owszem przy dostojeństwie W. K. M. y Obronie
praw Jego głowę y Życie moje łożyć gotowem. Ładumiewam się nietylko super sortem
iniquam dla czego W. K. M. P. M. Cń. wyprobowanego przeszłemi konjunkturami tan-
quam ad Lydium lapidem nieporuszoney wierności Sługę Swego, teraz jakiemis Sup-
pozycyami mortifikować raczysz! nic inszego niejest tylko udanie Złych Ludzi ma-
jących osobliwy Swóy gust a podobno y profit z niewinney diffidencyi do mnie W.
Kro. Cń. — Gdyby mi debilis Status zdrowia mego pozwolił, excurrerem in adoratione
W. Kr. Mości Pana M. M., remonstrowałbym pewnie Innocentiam meam y dowiedział się
o przyczynie odmiany Łaski y Respektu W. K. M. czego przez List explikować doskonale nie
mogę: przecież trzymam o Dobroci W. K. M. że od tego czasu sinistris Interpretationibus
Wiary niedasz, lecz bespiecznie polegać raczysz na obligowanych wiecznie —. — —.

Dziękuję jako nayuniżeniey W. K. M. iż przyznawać raczysz jako gwardya według
dawnego od postanowienia Swego Zwyczaju zawsze pod Ordynansami Hetmańskiemi
zostawała, y teraz ma Zezwolenie W. K. M. wyraźne obserwować one tak względem od-
bierania Ordynansow, czynienia Raportow, odsyłania Tabell, formowania Krigsrechtow,
tylko do wyrażoney Salvy Jurisdictionis particularis w gwardyi z jak naygłębszym Res-
pektem supplikuję W. K. M. nieobligować mię; bo tego jako w innych Regimentach nie
masz tak y w gwardyi bydź niepowinno, przeciwko prawu: aliàs daretur Jus wielkim
Inkonweniencyom y niesprawiedliwościom w Regimentach, gdy Officyerowie mogą krzyw-
dzić Żołnierzy, Żołnierze niemieliby do nikogo Refugium in tali casu. Więc conformu-
jąc się ad Jus, praxim et usum, przyzna każdy że wszystkie Regimentowe Interessa
sine exceptionibus quibusvis należą do Hetmana! — „ - Zachodzi mię w Tym że
Liście W. Kr. Mci oddawanie sobie całego Woyska Rapportów. naprzód trzeba wiedzieć
że w Milicyiey polskiey nigdy takowe niepraktykowałysię Raporty, osobliwie przy teraź-
nieyszey po całey polszcze Lokacyi Chorągwi byłaby przytrudnieysza tego exekucya y

ledwie

ledwie nie całego Roku potrzebaby na jedno Raportowanie czasu. gdyby woysko było w kupie snadno effectuarem, choć się to przed tym niepraktykowało, dla Satisfakcyi W. Kr. M. podjąłbym się uczynić. Jednakże ab Anno 1687. actualiter służąc Rzpltey napatrzyłem się i nasłuchałem, że tylko pod czas Seymu czynią Hetmani Relacyą Królowi y Rpltey pod czas Woyny odprawionych Kampanij, Bataliy, y okoliczności Ich, co y Ja sam czyniłem na grodzińskim Seymie et in Senatus-Consiliis niedoszłych y zerwanych Seymach, teraz zaś w pokoju z Łaski naywyższego Pana y W. K. M. Starania niemasz takich okkurrencyi. Statum Fortec, Artyllerygi i Ich potrzeby, debilitatem et ignorantiam quis sit usus armorum, woyska, periculum imminens z przyczyny niegotowości Żołnierza w takowey Lokacyi, krzywda partyi na Ukrainie w Podolu y pokuciu ustawicznie pracujących, a tych co w Wielkiey Polszcze, Krakowskim, Sandomirskim, Mazowieckim, Stoją, prożnowanie Wielkie y zależenie pola; o wszystkim co tylko widzę bydź godnego wiadomości, donoszę W. Kr. Mci: toć znam się bydź doskonale justyfikowany kiedy czynię to wszystko co Obligacya moja każe! — . — . pisałeś W. K. M. aby Regiment Konny był gotowy do usług Jego gdy exposcit necessitas, y pułk Lekki do rozstawienia po Drogach podczas przejazdu W. K. M. do Saxonii y ztamtąd Szczęśliwego powrotu do Nas, tudzież dla poczty trzymania. Więc y w tym zaraz exequuję Wolą W. K. M. przez wydane eo nomine Ordynanse tak do Regimentu jakoteż y do pułku Lekkiego: ale kiedy takowe kommenderowanie pomienionych ludzi przypadnie potrzeba, upraszam W. K. Mci o wczesne uwiadomienie, żebym mógł momentalną usługę exequi Roskazy Jego. posyłam też tu Requisitus przez List Jchmć pp. Commissarzow Thorunskich Ordynans aby pan Major Darhle z Kommendą Swoją dobrze zalecony został tam jeszcze jaki czas na praesidium dla utrzymania miasta pomienionego in contentia po zakończonej Dekretu Exekucyi — Jak najpomyślnieyszych zatym y Zdrowia y zamysłow wszystkim W. Kr. Mci życzę sukcessow, oraz depositis votis kończę cete cet.-

213.) Copia Listu Jmpana Woiewody Podlaskiego Hetmana pol. Kor. do Jmpana Kasztelana Krakowskiego Het. W. K. z Chełm. 14 Xbris 1724.

Dnia dopiero onegdayszego po niewczasach Warszawskich stanąwszy w Chełmie już wolnieyszey Domowego odpoczynku. Rezydencyi, zastałem List Wmmpana z poczty Lubelskiey stylo prolixiori z Brzezan pisany z którego naywiększe praeprimis zabieram solatium że Wmmpan integer vivis, vigesque patriae, większe codziennie pristinae incolumitatis a day Boże w lata nieprzeżyte suffecturae zabierając siły. A ja życzę dla zupełnieyszey zdrowia exerstwości ażeby nec corpus premat ulla gravedo, ani też żadna anxietas animum mentemque fatiget. Limita Seymu

teraz

teraznieyszego prawem y dawnieyszym y świeższym zakazana że podpada pod Cenzurę
y głoſę vasti et profundi Judicij wmpana bynaymniey się niedziwuję: bo y u mnie
samego na początku y dalszym obrad Seymowych przeciągu niebyła nigdy w myśli
y serce. Ale kiedy na jednymże haku, nie bez inwidyi podobno y narzekania,
Szósty miał się już padać y rozbijać Seym, zdało się wielóm y na tę niepozwolona
dawniey, codice lato, pozwolić Limitę. Rad Ludzkich niejest jeden cursus qui solis;
które prostym zawsze y niezmylonym gościńcem bieży ab Ortu in Occasum: ale ra=
czey Wielkich Rzek ductum częstokroć naśladować musiemy, które non rectam
sed pronam et expeditam czynią sobie viam. – potrzeba nieodbita publicae utilita=
tis kazała quocunque modo et ordine zakończyć ten Seym. naprzod dla utrzymania
Chwalebnego ad perennitatem temporum Dekretu w Sprawie Thoruńskiey zasztego;
a potym dla wysłuchania propozycyi zestanych posłow od Skolligowanych Monarchow,
ażeby Delegowani Jchmć tak ex Senatorio jakoteż Equestri Ordine wyrozumiawszy
mentem et Desideria pryncypałow Jch y upewniwszy nomine Rzpltey o wzajemny
y nienaruszonym bonae viciniae et amicitiae zachowaniu informowali dostatecz=
nie na przyszłym da Bóg Seymie zgromadzone Rzeczypospolitey Stany quae concedi et of=
ferri mogą, et quae negari. A do tego sam odgłos ad Exteros potrzebny, ażeby wiedzieli że
Ta Rzeczpospolita niejest sine successu et termino, y że positis Discordijs et Simultatibus
przychodzi ad unionem animorum, ktora, tanquam vestem inconsutilem cudzoziem=
skich Interessow oczy radyby zawsze in partes scisam widziały. pozwolona na czas Li=
mita sic postulante necessitate publica s: ktora przewyższa wszystkie prawa: s/ Parla=
mentowi Angielskiemu aequiparari niemoże; bo tamten ex arbitrio samego Króla
dla wyrobienia Interessow Majestatis bywa zalimitowany, ten zaś za powszechną Sena=
tu y pospolitey Jxby Zgodą practicatis exemplis jest odłożony, czasu tylko Determinacyą=
w Rękach Jk. K. M. mający. Ordynans dany odemnie Jmp^r podkomorzemu Korzńemu
już przedtym od Wmpana ad hunc Actum Executionis naznaczonemu, nie wyszedł
motu Judicii a dopiero z juberidi potestate ale raczey suaderidi authoritate, który dla
nakazanej z Dekretu Sądow Assessorskich nec moram patientis exekucyi, musiałem pod
niebytność Wmpana y nierychłą w tak nagłym razie Kommunikacyą podpisać more
recepto zniosłszysię wprzod z Jmp. Wdą płockim Mpanem y innemi Jchmć panami
Generałami. na ten czas przytomnymi. pod tenże czas datem Ordynans Jmp. Grafowi Fle=
mingowi Kommendę w Elblągu mającemu, ażeby na pozor jakieykolwiek w fortecach pogra=
nicznych gotowości sprowadził dwie chorągwie z przedmieść Elbląskich ad vacuam presi=
dio urbem. Ale że podobno tameczni accolae uskarzać się będą przed Wmpanem et

haec

— „ — haec aegre stativa ferent, które ia tylko do czasu y uspokojenia zachodzących w Thoruniu kłótni pozwoliłem. Więc nietylko to sam refero do pierwszey Wmpana Dispozycyi, ale też będąc sam Jesus longioribus Armis, tollerantiori prax y wszelkiey expedycyi Wmpana animo, cuncta curarum składam y oddaję etc. — — · — — ·

214.) Respons od Jmpana Krakowskiego na Ten List z Brzezan. 26. Xbris 1724. Anno.

Odbieram tey. poczty List Wmpana z Chełma 14. currentis pisany który z wszelkim przeczytawszy Respektem informuję się że moje z Brzezan pisania doszły Rąk Wmp. Niechcę się teraz explikować z moich przeszłemi poczłami do Wmpana adressowanych Listow, ale gdy będę miał Campum służenia Wmpanu ad coram pokażę probabilitatem moich Reflexyi których rozumiem że y sam Wmpan non reprobabis. Sprawę Thoruńską, etiam non stantibus Comitiis mógłby sądzić Jmp. Kanclerz y Exekucya pewnieby była dodana. Co się tycze wystuchania propozycyi zestanych postow od Skolligowanych Monarchow, ja na to mam sobie praesto owę Sentencyykę: Facilius est non admittere quam admissa moderari. etc — · — · — · — · — · — · — · — ·

215.) Memoriale a Nobilitate Curlandiae contra Rescripta Sae Reg. Majestatis.

Quod pro Duce Sinistrè imploratum Rescriptum concernit, ut nimirum Ipsi tanquam Principi nondum Jnvestito et extra Ducatum commoranti Licentae Teloniorum et alios réditus ex Territorio extrahere liceret; illud, 1°) pugnat cum Legibus nostris fundamentalibus, dum in formula Regiminis §. 4. in decisis et dispositionibus commissorialibus Regis De Anno 1642. §. 4. nec non in Responso Regio Divi Vladislai etc. expressis verbis Sancitum: quod principe Absente et ante proposituū homagium Consiliarii Supremi omnibus administrationis et gubernationis munus, soli praeesse, réditus disponere, et in calculum vocare, et hoc pacto plenū Regimen gerere debeant. —. 2°) Idem Rescriptum contradicit quoque novissimae Regiae Comissioni De Anno 1717., ad quam observandam Consiliarii Supremi Regentes omnesque Officiales juramento se adstrinxerunt, in qua inhaerendo Legibus antiquis sub animadversione Jnstigatoria prohibitum et interdictum Duci, quamdiu extra Ducatum et Jnvestituram non accepit, ullam administrationem tribui vel réditus aliquos emitti; sed eosdem exsolvendis debitis et remunerandis Officialibus impendi, et a Consiliariis Supremis in Calculum redigi, ad quod Omnes in solidum tenentur. — · — · — ··

Maximo quoque praejudicio Dominii directi Sae Reg. Mjtis cedit; quod Feudum evocatione pecuniarum magis magisque oneretur, Administratio Justitiae detrectatione Salariorum sistatur, et denique Illud quod per pacta, privilegia, Formulam Regim

Regiminis, Recessus Commissoriales et Leges Sancitas, statutum et Decretum, per Re= —
scripta Simplicia tollantur et annullentur: maxime cum Dux, durante Victorio et Regi=
mine, Summam adeo importantem extraxerit, qua tamen Ducatus aere alieno multum
gravatus et sufficienter et Statui Suo Ducali convenienter multos adhuc annos de usuris
vivere possit. —. —. Quod Rescriptum pro Ob. Burgraffio Kosciuszko spectat; praetensio
Sua a Commissione Regia, uti asserit, calculata quidem, nunquam vero per Decretum fir-
mata et liquidata est: praetensionem quoque hanc, nec per Obligationem a Duce, nec per
Contractum, vel aliud authenticum Instrumentum probavit: qui igitur fieri potest, ut
Ipsi ad nudas assertiones contra Jura et praxim tale debitum in praejudicium tam Domi-
nii directi quam Feudatarii adjudicetur? Bonaque forsan jam oppignorata sunt
attribuantur? et denique in convulsionem Regiminis Ducalis extera Commissio ad
immittendum per Rescriptum statuatur? —. —. Quod a Domino de Sacken su-
per Capitaneatu Durben imploratam confirmationem attinet; Eadem ejusdem mo=
menti cum duobus Superioribus. Cum enim ex Lege Regentibus Consiliariis Supremis
per formulam Regiminis demandatum sit, ut principe absente et nondum Investito Di-
gnitarios instituant, et vacantia intra sex Septimanarum spatium benemeritis et posse-
ssionatis nobilibus deserant; Statim quoque post obitum Capitanei Durbensis, Ejusdem
Officium in aliquem benemeritum et in Ducatu bene possessionatum nobilem contulere,
Ipsum juxta Leges in Juramentum et Officium adsumpserunt, Ipsique Munus Suum
tradiderunt, cui quoque ultra duos Annos laudabiliter praefuit; de inceps Dux Dantisci
Sackio huic, qui in Curlandia neguidem possessionatus, Capitaneatum, contra Jura tan-
quam princeps nondum infeudatus qui ante praestitum homagium nulla gubernatio-
ne gaudet, concessit, eà tantum intentione, ut Leges nostrae fundamentales infrin-
gantur, Regimen Consiliariorum Supremorum invalidetur, in Officio legaliter Institutu=
et in exercitio et possessione existentem Dignitarium innocenter degradari, et denique
nobiles contra se invicem incitare et commovere possit! —. Quemadmodum itaque ex
his omnibus sufficienter pateat, quod Dux per hoc nihil aliud intendat, quam Ducatum
in praejudicium Sae. Re. Mtis et Reipublicae magis magisque debitis onerare, nobili-
tatem prerogativis Suis, Immunitatibus et Legibus privare, Jura et Justitiam in exilium
mittere, et denique tanquam Senio confectus mortique vicinus Dominus Ducatum de-
vastatum Domino Directo et Supremo relinquere! nobilitas quoque et Ducale Regimen
si quando praeter opinionem sub et obreptitiè obtenta Rescripta extradi deberent, non
in eo acquiesceret; sed ad S. Regiam Majestatem humillime refugient Suppliciter orantes
ut Rescripta haec tanquam Juribus, privilegiis et pactis e Diametro contraria
tollan=

—„ — . = tollantur et cassentur . — . — . — . — . — . — . — .

216.) Literae Sacrae Regiae Majestatis Poloniae ad Imperatorem. —.

Enixae Insignium Regni Senatorum Statusque Ministrorum Instantiales ob praeclara olim Serenissimi Regis Joannis Tertii praedecessoris Nostri erga Inclyta Rempublicam merita, eam pro parte Serñmi Ejus Filii Regii Principis Jacobi a Nobis eliciunt animi teneritudinem, ut expositis desideriis Suis apud Sacram Caesaream Majestatē Vrām, justo inducti Respectu, Instantialibus Nostris Literis Eidem suffragaremus. proinde, non dubitando, quod clara rei quam desideret possunt patēre Augustissimae Mstati Vestrae documenta, quae nos anxiae parcendo illationi minime resolvere studemus; jungimus tantum manum nostram propensè incumbentes, ut Sua Caesarea Mstas de innata Clementia ac Benevolentia proclivi Ejus Intentioni favēre, Ipsumque pristino fovēre ac complecti animo pro gratia Sua et Respectu non dedignetur: ut possit et valeat de Justitia et Jure quod sibi competit provisionibus per Sequestrationem in Ducatu Olaviensi ademptis seu bonis a sequestro solutis, in futurum plene ac secure perfrui, aut etiam ad levandam ex eodem Ducatu Summam Capitalem in aliaque Bona quam securiora cum pleno Jure Suo transferendam benigniter possit. Interim Augustissimae Majestati Vestrae valetudinem quam longissimam Imperiique faustissimum augmentum exoptatissime apprecamur —. Datt ete — . — . — . — . —.

217.) Propozycya od Tronu na Seymie 1724. r. uczyniona przez Jmp. Kanclerza W. Koron..

Propozycya obradom publicznym na Seymie teraźnieyszym formować raczy JEgo Krolewska Mość Pan ctóy Miłościwy, od oświadczeniaśię przed Stanami zgromadzonemi, że pro Summa Cura et Tutela Królestwa na tym Tronie od Boga y wolnych głosow osadzony, o to naybardziey y nayusilniey staraćśię pragnie, aby singuli et Universi w państwach Rzpltey bene beateque vivere mogli: nie Swego dobra y pożytku szuka ale szczególnie dobra pospolitego przestrzegając: non Suis ale publicis intendit moveri spólnie z Wmcmi commodis lub inconmodis, niewątpiąc bynaymniey że Wmc pari et uniformi żelo mieć zawsze w głosach y zdaniach Swoich będzie pro Cynosura et stella polari Salutem et gloriam Jkt. Kr. Mci y Rzpltey: do którey jako ad Legem Universalem regulowaćśię powinne, naprzód nieporuszona trwałość y bespieczeństwo Wolności prawdziwey prawem opisaney, żeby per abusum jey libertas libertate ſ: strzeż Boże :ſ nieszwankowała; żeby tranquillitas domowa w niezruszonym porządku y wigorze zostawała; żeby pokóy zewnętrzny z Sąsiadami z jedrymi manuteneatur, z drugiemi restabiliatur obtentis obtinendis et recuperatis recuperandis; y żeby zgodnie y zupełnie na tym Seymie provideri mogło aby

Rzecz

Rzeczpospolita w całości Swojey trwać avitogue gloriae flore kwitnąć mogła, y w boga= —
ctwa y w dostatki zawsze affluat et non egeat. Do któregoto pożądanego końca, aby to
powszechne Salutis publicae opus tym łatwiey y doskonaley wystawione bydź mogło
J. K. M. P. M. M. Deliberandorum et resolvendorum negotiorum potrzebne punkta per
Synopsin zebrane ex re et utilitate publica przypominać y zalecać raczy. — . —,

primario Jego Kr. Mć P. M. M. życzy; aby Stany Rzeczypospolitey informowane od
Jego Kr. Mći w przedseymowey instrukcyi o punkcie Traktatu w Neyssztadzie między Jego
Carskim Wieliczeństwem y Koroną Szwedzką zawartego do Interessów Rzpltey reguluią=
cym się, convenientes Dobru pospolitemu et rationibus Status Sui wziąć mogły na tym
Seymie mensuras, tak względem dania Rezolucyi JE. Car. Wstwu, jakoteż respektem resta-
bilitendae pacis z Koroną Szwedzką, tudzież ratione assumpti Imperatoris Russiae titu-
li przez Cara Jmći, a oraz względem wynalezienia srzodkow y stopniow do poparcia na-
dziei Jego Kr. Mći y Rzpltey in expresso poprzysiężonego Sojuszu nexu y na tak wielu
deklaracyach y obietnicach Jego Cars. Wstwa ufundowaney, że Inflanty unicum zaczętey
Woyny a ztąd nieźliczonych Szkod praemium będą Jego Kr. Mći y Rzpltey oddane, a oraz y
Xięstwo Kurlandzkie y Semigalskie uwolnione —. — . — . — . — . —.

Do deliberacyi y rezolucyi Stanow Rzeczypospolitey, należą proponowane Jmieniem
Cesarza Jmći Chrześcijańskiego przez posła wielkiego desideria przyjazną ku JE. Kr. Mći
y Rzpltey chęć ad commune commodum et mutuam utilitatem Sąsiedzkich państw remon-
strujące, a oraz promowujące confirmationem et renovationem antiquorum foederum,
które utringue pozachodziły y które Roku 1677. od s. p. Cesarza Jmći Leopolda y od s.
p. Króla Jmći Jana Trzeciego potwierdzone były, y ścisleyszym porozumieniem się de modis
et mediis przez któreby tak praesentibus et futuris eventibus prospici jakoteż detri=
menta ab adversis partibus intentata vel intentanda everti mogły. — . podobne foe-
dera Communis Defensionis y z drugiemi potencyami, do utrzymania pokoju y bespie=
czeństwa publicznego, także Tractatus Commerciorum ad utilitatem et commodum Rze-
czypospolitey, były potrzebne y wielce pomocne —. — . — . — . — . —.

przypominać y zalecać raczy JE. Kr. Mość. P. M. M. obmyślenie Satisfakcyi Woy-
sku Koronnemu dawnieyszych komputow, intuitu pretensyi Starych Zasług jednych
uchwalonych y Wybranych a niewypłaconych, drugich chociaż przez repartycye assyg=
nowanych jednak oschłych, innych mere bez uchwał y repartycyi zaległych, mianowi-
cie Sukcessorow S. P. Króla Jmći Jana Trzeciego, WW. Hetmanow Jabłonowskiego,
potockiego, Lubomirskiego, Kantskiego, Generała Branta y innych którzy znacznych
Summ in fidem publicam na Dobra y Substancye swoje zaciągnionych od Rzeczypólitey
odebrać niemogąc, od Creditorow Swoich ustawicznie premuntur — . — . —

wynay-

— " — Wynaydzienie certorum fundorum et subsidiorum: na Reparacya Artylleryi penitus podczas woyny zrugnowaney; na poselstwa lub ablegacye y Rezydencye u postronnych Dworów; na utrzymanie fortec pogranicznych, mianowicie Kamieńca podolskiego y drugich Ukraińskich; na Eliberacya Territorii Elbingensis; na restauracya promontorii Montaviensis y Cypla Sanowego ad afsecurandam Commodam navigationem alias coraz bardziey defficientem z całey polski do Gdańska. — · — · — · — · — · — · —

= Uspokojenie Kontrowersyi cum Curia Romana ratione Juris-patronatus; także z Dworem Berlińskim ratione Tituli praetensi receptionis Homagii Eventualis y innych Interwencyi — · — · Naznaczenie Commissyi pogranicznych cum facultate decidendi intercedentes causas et controversias inter confinantes. — · — · Afsekurowanie y ordynacya Kurlandyi pro praesenti et futuro Statu. — · — · Redukcya monety ad valorem intrinsecum; wygubienie Szelągow; robienie nowey monety dobrey przez otwarcie Mennic praevia Commissione ad eum finem z Seymu teraźnieyszego; przysposobienie Srebra z gór Olkuskich y innych które się znaleść mogą w polszcze. — · — · Securitatem Commerciorum przez zniesienie prywatnych Ceł y depaktacyi niezrachowanych — · — · podźwignienie y powstanie Miast przez oppressye y niezliczone aggrawacye totaliter zubożałych y upadłych. — · — · Redintegrationem Dóbr Stołowych, oswobodzenie Ekonomii Szawelskiey na potrzebę Rzeczypospolitey zastawioney. — · — · Wprowadzenie Manufaktur y innych profitow in commodum publicum, które do Skarbu Koronnego będą sufficienter explikowane y promowowane. — · — · Interess Ordynacyi Ostrogskiey aby na teraźnieyszym Seymie mógł wziąć Swoję determinacyą y uspokojenie. — · Których to Spraw y Interessow Rzpltey pomyślne akkomodowanie Jego Kr. Mć p. M. M. Regio voto Stanom Rzpltey zalecając, tey jest nadziei że Wmc mając w Reflexyi jako Rada publiczna naybardziey rationem et Securitatem Status utrzymuje, że Seymami jako Duchem principalnym całe Corpus politicum Rzpltey animatur, vivit et vegetatur, nieżechcecie nic ubliżyć w szczyrym y usilnym promowowaniu Obrad teraźnieyszych do pożądanego skutku będąc pewni, że jako Jego Kr. Mć p. M. M. obices Seymu tego uprzątnął circa aequanimitatem Imperia Koniuszego Litews., który solo pretio et amore Rzpltey przyjął ochotnie Kommendę Woyska Cudzoziemskiego z jawnym Rzpltey pożytkiem y ozdobą, y we wszystkim z woli Jego Kro. Mci y Rzpltey stosować się chce et justa sequi Jego Kr. Mci, niewątpiąc że Rzplta będzie miała gratam recordationem usługi y fatygi Jego nazawsze usibus Rzeczypospolitey ofiarowaney, przez paniska Jego Kr. Mci na tym Seymie applikacyą, uzna Rzeczpospolita Zwierzchność Jego Łaskawego Regnanta Swojego raczey pro se niżeli supra se Dominantem — · — · — · —

218.) Breve Apostolicum ad Regem polon. —.

Dilecte Fili Nobilis Vir! Salutem et apostolicam Benedictionem. Cum certa Regnorum praesidia in Sacrosanctae Religionis Officiis locata sint quo studiosius publicis cõmodis pro Tuo munere advigilas, eò te decet ferventius quae ad Divinum Cultum pertinent fovēre et conservare. Quoniam igitur dolentes audivimus studere nonnullos et moliri, ut Comitiorum generalium Decreto Bona quaedam Ecclesiarum et Monasteriorum, ita Regiis Juribus addicantur ut Laicis bene de Republica meritis Regis arbitrio tribui possint; committere non debemus, ut Sacrarum Rerum rationibus desit vigilantiae nostrae pastoralis Officium, et absonum polonicae pietati ac Justitiae exemplum in periculum publicae felicitatis erumpat. propterea nobilitatem Tuam paternis Studiis hortamur et vehementer requirimus, ut tam Tibi ac Domui Tuae quam toti Regno Divinam opem hoc reverentiae Deo debitae argumento conciliare nitaris; Tuamque Authoritatem consiliis et Conatibus ejusmodi fortiter opponas; proque certo habeas, Coelorum Regem bonorumque Omnium Largitorem tanta benignitate Rebus Tuis adfuturum, quanta observantia solertiaque Tuos honorem et jura tuenda susceperis. Ac dum pares Virtuti Tuae Successus nostrae Sollicitudinis expectamus, Nobilitati Tuae Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus. - Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo piscatoris. Die XXX. Septembris MDCCXXIV. pontificatus nostri Anno primo — . —.

in Titulo Benedictus P.P. XIII. ~. ~. C. Archiepus Emisenus —.

219.) Protocollum Conferentiae Deputatorum ex Senatorio et Equestri Ordine ad Excellentissimũ et Reverendissimum Nuntium Apostolicum

Die 21. Novembris Anno 1724. —. —. —.

Princeps palatinus Cracoviensis, proponit in genere praetensiones Sacrae Regiae Mjstis et Reipublicae et petit resolutionem principaliter in negotio Juris patronatus: =

Excellentissimus Nuntius, Jus patronatus presse negat. Commissum sibi tamen a Sede Apostolica refert tractandi de hocce negotio et projectum sibi missum explicat et communicandum pollicetur. —. Nunquam in Orbe ullam Abbatiam salvo Jure patronatus fundatam esse, et si in hoc fundamento Jus Regis et Reipublicae manuteneri velit nullum finem speratidum. —. Nisi a Stephano Bathoreo questionem inceptam; ex sola conniventia, nunquam Jure concessa monasteriorum Commenda. —. Synodum petricoviensem commemorat de libera Electione Monachorum. —. Sed jam non agi de Jure Regio quod praeterdi non potest sed de Bona Intentione Sanctae Sedis adfinierdum hoc negotium. Item 58. Abbates Tynecenses libere electos allegat. —. Ad Juramentum Regium super

pacta

— „ — pacta Conventa et Statuta Regni respondet, haec tantum ad Beneficia Secularia pertinere et Regem manutentionem Jurium Reipublicae jurasse, quae hoc in puncto existere negantur. — · — · — · Celsisimus palatinus Cracoviensis, pro Conclusione petit Communicationem in Scripto punctorum; et Excelmo Nuntio vicisim exparte Reipublicae communicanda promittit — · — · — · — · — · — · — ·

220.) Puncta in negotio Abbatiarum ab Illustrisimo et Rdmo Domino Santini Archiepiscopo Trapezuntino Nuntio Apostolico, Deputatis ex Senatorio et Equestri Ordine porrecta — · — · — · —

1mo.) In iis Monasteriis quae aut nunc sunt aut aliquando Commendata fuerunt, quorumve proventus satis ampli sunt, ut detractis iis qui Abbati Commendatario assignabantur, qui reliqui erunt, Abbatem Claustralem cum Sua Religiosa familia alere ac sustentare possint; Summus pontifex Sermo Regi Ejusque Successoribus atque adeo Reipublicae polonae id juris tribuet, ut quod in Episcopatibus mandandis jamdiu fieri consuevit, ex ejus supplicatione viris sacri Ordinis ac de Religione ac Republica bene meritis, Literae pontificiae tradi debeant, quibus eorum monasteriorum Abbates constitui rite possint. — · 2do.) Quibus autem in Monasteriis jus hoc Serenisimo Regi fiet, Abbates Claustrales liberis Monachorum suffragiis pro eorum institutis designandi pariter constituentur, quibus potestas ac jurisdictio omnis in Monachos relinquetur, ut nullam ejus partem Abbates Commendatarii ad se trahere unquam possint. Hoc autem eo justius atque aequius videri omnibus debet, quod nusquam locorum in Italia praesertim germania ac gallia Abbates Commendatarii nullam omnino in Monachos jurisdictionem obtinent. — · 3tio.) Bonorum autem Monasteriorum de quibus imposterum commendandis conventum fuerit ea partitio fiet: ut, quod justum sane est ac necessarium, non minus Religiosarum familiarum earundemque disciplina quam utilitatis Abbatum Commendatariorum ratio habeatur; itaque pro eo Monachorum numero quos singula monasteria habere consueverunt, ii uniuscujusque Monasterii fundi relinquentur, ex quibus Abbas Claustralis Se Ipsum ac Suos alere non incommode possit, nec ulla deinceps inter Ejus mensam ac communem Monasterii partitio instituetur — · ejus autem Summae loco quam Abbates Commendatarii ad Sarta tecta Ecclesiae ac monasterii reliquaque ejus generis conservanda ac reficienda pendere quotannis solent, fundus unus pluresve si opus fuerit a reliquis separatus constituetur, cujus procurationem Abbas Ipse Claustralis ita geret, ut ejus rationes fratribus statutis temporibus debeat ostendere. Ita fiet, ut nullum hoc nomine Abbatibus

Comend

Commendatariis onus supersit, nec ulla deinceps controversia inter Ipsos ac Mona- —
chos possit existere —. —. 4to) Cum Abbatia quaepiam claustralis vacua fiet, Ejus Bo-
norum administratio priori Monasterii ejusque Capitulo libera relinquetur, in quibus
Abbates Commendatarii constitui minime potuerint. Abbate vero Commendatario
vita functo aut alia quapiam ratione Abbatia vacua facta nihil super eo innova-
bitur quod hactenus observatum fuit, nec ad annum quem appellant gratiae obtinen-
dum Monachis Jus ullum erit —. —. —. —. —. —. —. —.

221.) Responsum a Deputatis Ordinum Regni Poloniae ad puncta Illrmi et Rndmi Nuntii Apostolici superiora datum —. —.

Insinuatae propositiones respectu Abbatum Claustralium de novo constituendorum
tanquam praejudiciosae et Jus patronatus Regium incontestabile prorsus convellen-
tes ullatenus admitti non possunt, idque ex Summis rationibus Status in seorsivo Scri-
pto sub Litera A. deductis, et adhuc aliis plurimis si opus fuerit deducendis; sed prae-
misso reverentiali erga Sanctam Sedem cultu et omni imaginabili feliciter Regnantis
Sanctissimi veneratione instantissime exponitur, quatenus abhinc nullae provisiones su-
per vacaturis Abbatiis absque praeviis praesentationibus Regiis ad normam Episcopatu-
um extradantur, et si jam aliquae extraditae aut executae absque praecedentibus hu-
jusmodi praesentationibus fuerint, quatenus suspendantur Bona quae taliter provisa-
rum Abbatiarum sequestrentur, ac per Commissarios a loci Ordinariis designandos ad-
ministrentur usque ad plenariam et finalem hujus Controversiae accommodationem;
alias verendum ne Respublica contemptu tot Instantiarum et repraesentationum exa-
cerbata cogatur Suas mensuras accipere more et exemplo aliarum potentiarum Catho-
licarum secundum Remonstrationes sub Litera B. expositas —. — —.

Litera A.

222.) Rationes Status excludentes propositiones insinuatas respectu Abbatum Claustralium denovo erigendorum —. —. —. —.

Paterna Sanctitatis Suae erga S. Regiam Majestatem et Rempublicam Regni
Poloniae contestata benevolentia et sollicitudo in tollendis disputationibus saecu-
lo nostro exortis circa negotium Abbatiarum Regularium, in pergrata Ejusdem S.
Regiae Majestatis totiusque Reipublicae perennabit memoria —. —. Haec tamen
ad informationem insinuare licet: quod Regulares, qui sibi Libertatem eligendi ab-
bates praetendunt, eandem Lege Regni hujus sibi concessam esse non probant; et qua-

viz

—"— =quamvis Statutis Regni titulo Abbates, Herburt, in Librum seu Codicem suum colligendo Leges Regni folio 1mo et 2do quasdam Literas olim Vrblis Alberti Abbatis et Fratrum Lubinensium de Anno 1460. ac Rndi olim Andreae Episcopi posnaniensis, eodem anno scriptas ingrossavit; in quibus Literis Electionis et Electi fit mentio quodque Electum Regi tanquam patrono de jure et consuetudine praesentare se teneri fatentur: illae tamen Literae pro Lege Regni Electionem concedente reputari non possunt, tanquam non a Rege nec a Republica datae, et magis ad cautelam defensionis Juris patronatus Regii et Reiplicae contra Regulares in hunc Codicem Legum sunt adscriptae, quam ut aliquam Legis Authoritatem vel Confirmationem sui hac in parte habeant —·—· Umbram tamen et nomen seu Ceremoniam Electionis Abbatum habuerunt semper et habent Regulares et monachi ex tali causa: Quia occurrente vacantia abbatiae, Reges ex usu, praxi et consuetudine a ducentis quinquaginta annis et ultra juti Scripturae testantur: / solebant et solent dare literas ad Monachos et Religiosos nominando et praesentando Ipsis personam sive in Religione sive extra Religionem existentem, sibi et Reipublicae meritam, proficuam et gratam cum mandato, ut hunc et non alium in Abbatem eligant. mittit etiam aliquando Rex suum Delegatum ad Monachos et Regulares cum Instantia Civiliter cu Ipsis procedendo pro nominato et praesentato et non alio eligendo. Dat quoque Literas ad loci Ordinarium, ut diem Electionis nominati et praesentati Monachis seu Religiosis praefigat. Quod si autem contigeret, quod alium et non nominatum seu praesentatum eligerent, talem Electum Reges adire possessionem nunquam patiebantur, imo etiam per Vim exturbabant, uti docent exempla. —"—: Et quamvis aliqui Regulares pro Suis Conventibus Specialia privilegia Liberae Electionis Abbatum a Regibus nonnullis se impetrasse et obtinuisse asserunt; ea tamen si data habent nihil Ipsos adjuvant. Quia non est in potestate Regum Jus patronatus demittere, cum quisque Rex per pacta conventa et Juramentum Suum est obligatus Se Regalia non alienaturum.

= Et Imperator quisque Beneficiorum Juris patronatus Regii omnium bonorum mobilium et immobilium Secularium et Ecclesiasticorum confiscatione punitur juxta Statutum Alberti Regis Anno 1496. - Herburt folio 251. —·—· Et si qui Spirituales Jura patronatus Sibi obtinuerint, ea obtenta cassavit Rex Sigismundus Augustus Anno 1550. —·—· Et exinde venit, quod Michael Rex, accepta notitia, quod Religiosi praemonstratensis Ordinis, privilegium a Joanne Casimiro Rege, ante Ejus abdicationem Regno, super libera electione Abbatis Hebdoviez· impetrassent, et in virtute privilegii taliter impetrati Vrblem Justrolski in Abbatem Sibi elegissent; statim hoc privilegium non solum Rescripto Suo de Data d. 5. Februarij Anno 1670. revocavit, sed etiam Subsequenti Anno· 1671. Decreto Suo electionē Ejusdem Vrblis Justrolski cassavit, et in locum illius Rndum Olszewski in Abbatem

nomina

nominavit et in possessionem hujus Abbatiae introduxit —. —. Pariter Idem= Rex Michaël accepta notitia de aliis privilegiis ab Eodem Joanne Casimiro et Vladislao Quarto Regibus per Regulares Conventuum Landensis, Coprivnicensis, Andrzejoviensis impetratis, eadem privilegia Ipsorum Decreto Suo cassavit anno 1672., uti Acta Decretorum Curiae Regni edisserunt. —. —. Et non solum Reges, sed etiam cum Regibus simul et Rempublicam dispositiones de Abbatiis pro Jure Supremi Dominii fecisse, Leges Regni testantur: dum abbatias duas uni personae conferre et Episcopatibus cui jungere prohibuit. Constitutio Regni anni 1607. folio 837. —. Et rursus aliter Reipublicae placuit, quando declaravit Abbatias posse tenere Archiepiscopum Leopoliensem et Episcopos premysliensem, Samogitiae, Chelmensem, Kijoviensem, Camenecensem et Vendensem. Constitutio Regni Anni 1633. folio 28. —. —. Episcopo Luceoriensi protunc Illmo Prazmowski Abbatiam Sieciechoviensem adjunxit Constitutio 1650. folio 28. —. —. Episcopo Culmensi Abbatiam ex primis Vacantiis conferre promisit Constitutio 1667. folio 15. —. —. Et ne Coadjutoriae Abbatiarum minorennibus conferantur praecavit et prohibuit Constitutio Exorbitantiarum Michaelis Regis Anno 1669. —. —. Sunt et aliae Leges Regni de Abbatiis conditae, exempli gratia: Abbates nobiles sunto. Reges ad Abbatias bene meritos praesentanto. Episcopi post fata abbatum, Abbatias regunto, et a Rege presentatos instituunto. —. —. Quae Regum et Legum Regni Dispositiones de Abbatiis Suam semper executionem habuerunt, nunquam Illis Regulares et Monachi contradixerunt, nec in usu privilegiorum Suorum pretensae Electionis aliquando fuerunt —. —. Sciendū autem venit, quod Abbatiae suppleant indigentiae Episcoporum et Ministrorum Status aliorumque Officialium Curiae Regni Spiritualium non otiose si uti monachi privati: viventium, sed munia Senatoria obeuntium, curam Dioecesium Suarum habentium, functiones varias publicas pro commodo totius Reipublicae et Ecclesiarum sustinentium —. —. Item sciendum venit, quod Religiosi seu Regulares et Monachi teneant pinguia Beneficia exempli gratia: Regulares Czervenenses Conventus Varsavienę tenent praepositum ad S. Georgium importantem circiter decem millia floren. polon.; Błonensis annui reditus itidem decem millia flor. pol. faciens.; Krasinensem octo millia flor. pol. importantem, et praeterea Religiosi hujus Conventus tenent parochias Seculares in quibus manent et pauci resident in Suo Conventu lautissime viventes; et sic de aliis Abbatiis censendum —. —. —.

Si itaque Claustralem Abbatem fovere vellent uti Ipsum desiderant, haberent, unde Ipsi de mensa providere possent, si hos reditus quos particulares personae Regulares percipiunt et nescitur in quos usus convertunt ad Communitatem Suam com

porta

— —=comportarent, vel saltem medietatem horum reditum Claustralibus Suis Abbatibus darent: quorum tamen de novo Institutiones ex rationibus supra allegatis et allegandis ullatenus ex parte Regis et Reipublicae admitti non possunt in praejudicium Juris patronatus et Abbatum Commendatorum — · — · Et reparatio Conventus et Ecclesiae sufficiens potest esse ex Bonis Claustralibus quae tenent Fidem Religiosi in Regno — · — · — · Nihil novi Rex et Respublica praetendit; sed id defendit, quod Sui Antecessores per aliquod centena annorum possederunt, Supremum Jus Imperii in Regno Suo habendo et moribus antiquis procedendo. — · — · Id autem quod Monachi et Regulares promovent, est novitas; quam si a Sanctissimo /: ultra spem :/ obtinere deberent, Regis et Reipublicae dignitas deprimeretur; Senatus Spiritualis gravitas minueretur; Tribunalis Regni authoritas cui Spirituales praesident et assident attenuaretur; Aula Regia praemiandi modo destituta a Spiritualium assistentia desereretur; et publico Eorum obsequio privaretur; Tranquillitas Reipublicae turbaretur; et aliae insperatae Consequentiae nocivae Reipublicae et Ecclesiae in Libero Regno ex tali novitate concessa et moribus antiquis alteratis, facile subsequerentur. — · — Itaque Rex et Respublica Supplicat Sanctissimo, ne has novitates Monachis et Regularibus concedat: quia ulla ratione Respublica a moribus antiquis recedere et novitatibus adhaerere non poterit, nec potest. — · — · — · Elucidationes sub Litera B. — ·

α.) Per Derogationem Juri patronatus ad Abbatias, Regis et Reipublicae Dignitas deprimeretur!

non solum propter cessationem Jurisdictionis Regiae et Reipublicae quae Ipsi in Suo Regno competit, controversiam ejusmodi sopiendi juxta Statutum Alexandri Regis Aº 1454. Herburt folio 400. §., omnes differentias inter Spirituales et Seculares exortas in Conventione Generali sopiemus; et juxta exemplum in Statutis Herburti folio eodem allegatum tempore Casimiri Magni Anno 1369. quo Controversiae exortae inter Spirituales et Saeculares in Comitiis Regni Generalibus decidebantur; sed etiam propter evocationem Romam Regis et Reipublicae, infra Cujus Dignitatem litigare cum Monachis fundum Reipublicae occupantibus, quibus Ipsa cum Rege Jura dare consuevit; tum propter cessationem Juris patronatus Regii per talem novationem quando Rex non posset habere Abbatem personam Sibi bene visam et meritam nisi a monachis impositam; vel propter Divisionem Juris patronatus et Bonorum Abbatialium impracticatam, Legibusque Regni non permissam. — · — · — · — · — · — · — ·

β.) Senatus Spiritualis gravitas minoraretur.

non haberent enim Episcopi Sufficientiam de propria vel ex reditibus Episcopatuum Senatoriam Suam Dignitatem parem vel Majorem Secularibus Senatoribus /: quibus Capitaneatus Bonaque Regalia Opima dantur :/ sustinendi, si Abbatiis carērent, vel reditus Abbatiales

cum

cum Claustralibus Abbatibus dividere deberent, uti indigentes esent apud Seculares = minus considerabiles et non authorisati —. — . — . — . — . — . — . —.

γ.) Tribunalis Regni Authoritas cui Spirituales praesident et assident attenuaretur: —.

pari ratione uti Episcoporum gravitas in Senatu, ita praesidentium et assidentium Spiritualiu in Tribunali Authoritas, ex indigentia, cum tenuiores reditus ex Suis Canonicatibus seu Beneficiis habeant, et ad continuam residentiam in Tribunali per quinque quartualia anni obligati existant; quibus quandoq Rex juxta merita gratiâ Suâ per Collatas Abatias suffragatur.

δ.) Aula Regia praemiandi modo destituta a Spiritualium assistentia deseretur et publico Eorum Obsequio privaretur: — . — . — . — .

Idem enim Spirituales ob spem praemii in Obsequio Regis et Reipublicae de proprio suo patrimonio commorari solent: et inter praemia quae Rex inter Spirituales distribuere solet, non postrema sunt Abbatiae. Itaque Idem Spirituales attritis patrimoniis, spe praemii Abbatiarum destituti recederent ab Aula et ab Obsequio Regis et Reipublicae; quia non haberet Rex quod Illis dare posset, adempta Regi plenaria aut in minutas partes scisa Abbatiarum Collatione —. — . — . — . — . — . — . — . —.

ε.) Tranquillitas Reipublicae turbaretur:

Sicut enim in Comitiis pacificationis Regni per Tractatum Varsaviensem Jus patronatus Serio cautum. Jusque Majestaticum in toto conservatum est; ita si Monachi hunc Tractatum et Legem novellam tali ut praetendunt novitate Româ Sibi concessa violarent; tunc omnes palatinatus et Terrae contra Ipsos non aliter consurgerent, nisi tanquam contra Infractores Tractatûs et novellae Legis: et possent Ipsos in Judiciis extraordinariis vim et potestatem Judiciorum Comitialium repraesentantibus juxta Eandem novellam Legem judicare, et poenas tales quales in Legibus Regni sancitae sunt extendere. Judicumque hoc Rex prohibere non valeret, nec Executionem Decretorum impedire posset. —. —.

η.) Et aliae insperatae Consequentiae nocivae Reipublicae et Ecclesiae ex tali novitate concessa in Libero Regno subsequerentur

Nam indignum Reipublicae videtur, ut Rex Lite certet cum Monachis, quem uti protectorem et patronum venerari debent: et si aliquibus mediis Juridicis Romae Fidem monachi Jus patronatus infringent, tunc Respublica alia media fortiora et extrema pro defensione et conservatione hujus Juris-patronatus contra monachos juxta praescriptû Legum Regni arripere esset coacta; et quod modo Regi et Reipublicae negant; inviti concedere tenererentur: et ex tali exasperatione Collisio inter Rempublicam ejusque potentiam et Ecclesiam Ejusque potestatem fieri facile posset, cum incommodo utriusque partis et Scandalo Haereticorum!

223.) Desideria Palatinatuum et Terrar. Regni Poloniae et Magni Ducatus

Lit.

Lithvaniae ad Illustrissimum Excellentissimum Legatum Sedis Apostolicae, per Delegatos ex Stuba Nuntiorum Equestris Ordinis utriusque Gentis sequentia proponuntur Anno 1721. ex Limitatione Comitiorum Generalium Grodnensium.

Primo. — Exponitur Submissa Veneratione Sanctissimae Sedi Apostolicae Filialis Obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae, Ejusque Capiti Sanctissimo Clementi. ab Equestri Ordine: Deinde pro patronis Regni poloniae et Magni Ducatus Lithvaniae, et praecipue ut S. Salomea Regina Haliciae Regum Filia usque ad Casimirum Magnum Regê poloniae Lineam Suam ducens, ac tandem Claustrum ingressa, et Beata Cunegundis Regina poloniae beatificata, ut Officio in Honorem Earum Conscripto et Festo primae Classis honorificentur; B. Stanislaus Kostka Soc. JEsu atque B. Ceslaus ord S. Hyacinthi Ord. praed. Canonizentur; et pater Albertus Mgeinski Soc. JEsu polonus, et Beatus Joannes Cantius; pro patronis Regni et M. D. Lit.ae agnoscantur!

Secundo. Demonstrabitur summa Laesio Jurium Regni poloniae et fundationum per avulsionem Conventuum a provinciis Regni, praecipue vero patrum Ordinis praedicatorum, tum S. Francisci Conventualium atque Reformatorum in Sylesia haerentium et situatorum ad provincias Silesiae, tum quoque Conventus Trebnicensis pro solis monialibus nobilium Regni poloniae per ola Serenissimam Reginam poloniae S. Hedvigim fundati, et amplissimis Ditionibus Dotati, jam vero per Serenissimam Regiam Majestatem in protectionem accepti, a quo Conventu excluduntur ad praesens omnes nobiles Virgines polonae et non suscipiuntur ad claustrum per Inhibitionem S. Caesareae Majestatis; adeoque Equestris Ordo Submisse petit a Sanctissimo Domino, ut Suam interponat Authoritatem, ut haec Monasteria Suis provincialibus Regni poloniae restituantur, ut polonae Virgines nobilium ad claustrum Conventus Trebnicensis admittantur, et Abbatissa antiquâ praxi polona eligatur et Instituatur —. —. —. —. —. —. —. —.

Tertio —. Quod passim in Causis Civilibus ex vi ac praescripto Statuto hujus Regni ad Judicium Seculare spectantibus ad Forum Ecclesiasticum evocamur, et frequentius in Actionibus quae intra Regnum terminari debent contra Bullas Sanctissimi Felicissimae Recordationis Urbani VIII. usque Romam trahimur! —. —. —.

Quarto. —. Quod Jus patronatus Regium et Regnicolarum cum Summo Regni praejudicio contra antiqua Jura hujus Regni in dies magis enervatur et destruitur et quidem, 1.o) Expeditio pro Abbatiis per assensum datur in Curia Romana ad provisionê

apostolicâ

Apostolicam, non ad nominationem Regiam. 2.) Ad omnes fere Abbatias per Sug= —
gestum seu conniventiam Curiae Romanae inductae sunt Elections per ambitum
et Licentiam monachorum contra Jura Regni et in suppressionem Juris patronatus Regni
in expeditione Abbatiarum in commendam quae ex usu antiquo et Lege Regni concedi solent
Episcopis et aliis praelatis Secularibus tenuiores proventus habentibus. 3.) Apponi solet
haec clausula ut post expirationem commendae constituatur Abbas Regularis:
et insuper in pluribus Abbatiis novissimo tempore commendatis statim substi-
tuitur Abbas Regularis vel Coadjutor cum futura Successione, per quod Ipso facto prae=
cluditur via nominationis Regiae. — 4.) Quatuor novae Congregationes Generales Mo-
nachorum inauditae in Regno poloniae firmantur cum Approbatione Sacrae Sedis
Apostolicae, sine praevio consensu Serenissimi Regis et Reipublicae, sine quo nulla
fundatio nova particularis fieri debet, multominus fundatio alicujus Congregationis
generalis, quam non pridem tali inaudito modo fundavit pater Mirecki ex Benedictinis
et alii Religiosi hoc exemplo inducti similem machinantur — . — . — . — .

Quinto. — . Tali modo et patres Basiliani constituerunt in Suo Capitulo generali:
neminem fere capacem Episcopatus Rutheni nisi fuerit a Religione Basilianorum recom=
meridatus, cum Episcopatus Rutheni immediate conferuntur a Serenissimo Rege — . —

Sexto. — . Jam ab Abbatiis deventum est ad Capitula Cathedralia, non tantum obstan-
tibus constitutionibus Regni sed etiam Bullis pontificiis; quorum vigore nemo extraneus
capax est ad Ecclesias Cathedrales, nisi sit nobilis Regni poloniae ex utroque parente: nihi=
lominus per provisiones Apostolicas includuntur extranei et plebei, quemadmodum novi=
ssime ad Cathedram Leopoliensem, et quidem nominationis Regiae provisus est Meliorucc
Mercatoris Cracoviensis Filius: immediate deventum est ad Episcopatus primo et inaudito
Exemplo quod de Suprema potestate Apostolica concedi solent proventus nondum in
Episcopali Dignitate constituto: ex eo casu oritur metus ne inducantur pensiones super
Beneficia poloniae — . — . — . — . — . — . — . — .

Septimo. — . Quod Spirituales ultra antiquas fundationes, novas possessiones Terrestres
et Civiles acquirendo onera fundis annexa recusent: et ex ratione eorum et levissima quo
doque occasione Censurae Ecclesiasticae in Seculares personas exteriduntur. — . —

Octavo. — . Quod absente Illma Excellentia a Regno, Adm Rndus Auditor inaudito
praxi Jurisdictionem Dignitati et praerogativae primitiali nec non Episcopali gravem exe
ceat: atque ut pro Auditoribus Sacrae Nuntiaturae designentur Viri maturi ac in Sacr
Ordinibus constituti . — . — . — . — . — . — . —

Nono. — Expeditiones omnes super Episcopatus Regni poloniae et M. D. Litt^ae, ad pr
sentationem Authenticam Sacrae Regiae Majestatis, antiqua forma et praxi pro Jure Regn
sine

— " — = sine immutatione Juribus Regni poloniae et Ducatus varmiensis contrariis expedian= tur, et legitime praesentatis Episcopis extradantur — · — · — · — — — · — · — · — ·

Decimo. Et quoniam palatinatus et Terrae in desideriis Suis a Celsissimo Episcoporum collegio ad=aequalem Resolutionem in commune ad satisfactionem non sint adepti: Instan= tiis ad Sanctam Sedem Romanam, Interpositione Illustrmae et Exclmae Dominationis Lega= ti Apostolici, ut in desideriis Suis quae in collegio Episcopali sunt proposita, Interveniente Authoritate Sedis Apostolicae, satisfiat, petunt. — · — · — · — · — · — ·

224.) Ad Postulata utriusque Nationis polo= nae et Lithvanicae, in postremo Congressu proposita Nuntii Apostolici Responsio.

Caput primum. De Viris ac foeminis, qui Summa Christianarum Virtutum laude ali= quando floruerunt, Sanctorum fastis adscribendis, aut Religiosis Ecclesiae Catholicae hono= ribus augendis, quod primum caput postulatorum est; non praetermittet nuntius Apostol= icus pia utriusque Gentis vota ad pontificem Maximum referre, Suasque preces adjungere; verum cum hujus generis res singulari cura ac diligentia pertractari soleant, omnino opus est esse Romae, qui eas pro more procurent et Eminentissimos patres de iisdem delibe= rantes edoceant; nihil deesse aut impedimento esse, quominus pro Summorum pontificum Decretis ex quibus hujusmodi causae dijudicantur, pietati ac Religioni Reipublicae satis= fieri possit. — · — · — · — · — · — · — · — · — ·

Caput Secundum. Cum Religiosae Domus virorum aut puellarum, de quibus hoc in capi= te mentio fit, in Ditione Augustissimi Imperatoris sitae Grebnicij, quò aut lege aut con= suetudine adolescentibus aut puellis poloni generis, pro quibus fundatae fuisse dicuntur, injuria fit, quod in Eas non recipiantur; curae esse debet Reipublicae ejusque Minis= trorum, ut iis de rebus cum Ipso Augustissimo Imperatore atque Ejus Ministris di= ligenter agant. A Summo autem pontifice facile obtinebitur, ut de Eisdem Suo ad Augu= stissimum Imperatorem Nuntio mandata det, ex quibus justas Reipublicae petitiones Officiis Suis pro virili juvare curabit. — Nihil enim pontificum Maximorum Officio magis consentaneum est, quam ut Eorum qui Coenobia aut Monasteria fundarunt, pias volun= tates diligentissime tueantur. — · — · — · — · — · — · — · — ·

Caput Tertium. In causis quae ad pontificum hoc Tribunal deferuntur, nemini mo= lestum esse debet, quod Judicum Sacri Ordinis Jurisdictionem constanter a nobis defenden= dam arbitremur; eòque magis cum eam semper diligentiam adhibeamus, ut eas quarum Judicium ad nos minime pertinet, ad Civiles Judices, quod haud raro fit, remittamus. Cum autem eo in genere palatinatus Cracoviensis Nuntii, expostulationes Suas ad me nomina= tim detulerint, quas Urbani VIII. pontificis Maximi Authoritate roborare contenderunt;

Respon=

Responsum quod ad Eas paravimus huic Scripto adjungere operae pretium esse existima-
mus. illud itaque ita Se habet — . — . — . — . — . — . — . — .
propositae a Palatinatu Cracoviensi praetensiones adversus Jurisdictionem Ecclesiasticam
primo versantur circa inscriptionem Censualium, causas, quas eadem Jurisdictio judicare con-
suevit quotiescunque de simplici agitur executione adversus Bona dictis Inscriptionibus one-
rata, in quibus terminis loquitur Reipúblicae Constitutio Anni 1635. „ nobiles Debitores
ad forum Seculare per Ecclesiasticos convenirii poterunt; nam mera Executio, se-mota Causae
cognitione, Jurisdictionem non laedit sed adjuvat Ecclesiasticam. " —. Quoniam vero fidem Debi-
tores, ut effugiant fructuum Censualium solutionem, impositiones Censuum in propriis Bonis
nulliter, usurarie, et contra praescriptum Constitutionum Summorum pontificum Martini
V. et Sancti Pii V. factas fuisse sustinent; prout de hac re in Tribunalibus Ecclesiasticis hu-
jus Regni saepissime disceptatur; cum dictas Constitutiones in illis diligenter observari tes-
tetur Nicolaus Zelazowski de Jure Regni poloniae Tomo 2. lib 3. p. 2. tit 15. de Censibus;
in his proinde circumstantiis in quibus Censuum Ecclesiasticorum Impositiones in Dubium
revocantur, et quaestio est de illarum validitate et invaliditate, deque Constitutionum ponti-
ficiarum interpretatione, mirum videri non debet si in Synodo provinciali petri gamrati
petricoviae celebrata Anno 1542. inter Causas ad Forum Ecclesiasticum pertinentes,
Censuales quoque recensitae fuerint! Ibi item causae mere Spirituales sunt malefi-
cia, incantationes, sortilegia, raptus, et violentiae Ecclesiasticae, et quorumcunque
Censuum perpetuorum qui terreni, et conditionalium qui Widerkaffy appellantur. Se-
cularis enim potestas, ut de natura et qualitatibus Censuum Ecclesiasticorum, Domorum
Religiosarum aut Beneficiorum fundationibus addictorum, judicet, vel allegatas Summo-
rum pontificum Constitutiones explicet, minime consentaneum est. — . — . —.

In Causis vero Decimarum, quae secundo loco referuntur, pro Jurisdictione Eccle-
siastica militant: textus in Cap. pervenit, et in Cap. tua nobis de decimis, quos ad rem a
legat paulus piaseccius olim Episcopus Chelmensis in praxi Episcopali p. 2. c. 4. art. 9.
N. 1. de Decimis; prout etiam militant pro dicta Jurisdictione, Synodi provincialis
Constitutiones et Breve S. M. Urbani VIII. ad Serenissimi quondam Vladislai Regis
atque omnium nobilium polonorum preces emanatum, in quo Solis Episcopis facultas
conceditur cognoscendi et decidendi Causas decimarum sicuti luculenter in eo disponitur
Ibi, „ Supplicationibus dicti Georgii Comitis et Oratoris nomine Ejusdem Vladislai Regis
nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, VV. Fratribus Archiepiscopis et Episcopis
dicti Regni poloniae tenore praesentium committimus et mandamus, ut Compositiones per Eccle-
siarum Rectores et Laicos faciendas super quantitatem Decimarum confirment vel illas
aprobe-

— " — = approbent de Consensu Rectorum, et ubi non adest Illorum Consensus etiamsi agatur de novalibus, Ordinarius assumptis duobus de Suo Capitulo, una cum Illis causam et causas super Compositione faciendâ cognoscat ac terminet, appellatione remota, ubi Decimæ quolibet Anno non excedant florenos quinquaginta in valore earum; et quatenus excederent Dictum valorem, tunc semel appellare liceat, et Appellatio per Metropolitanum assumptis pariter duobus de Suo Capitulo cognoscatur et terminetur; quatenus vero Metropolitanus esset Ordinarius, tunc Appellatio cognoscatur et terminetur per Nuncium Apostolicum in eodem Regno commorantem. etc. "postquam relatas plures Reipublicae Constitutiones de Decimis disponentes, Cognitionem Causarū super Illis ad forum Ecclesiasticum pertinere docet citatus Nicolaus Lelazowski de Jure Regni poloniae ubi supra lib 3. p. 2. tit. ulti. in fine de Decimis, solumque s: uti de Censibus jam dictum fuit:/ foro Seculari Jurisdictionem competere posse arbitratur, quoties agitur de simplici nudaque executione, quam tamen cum Secularis Jurisdictio Judicum Ecclesiasticorum decretis et sententiis contra nobiles Debitores pluries negaverit et neget, Tribunalia proinde Ecclesiastica ut propria Decreta exequantur poenis et Censuris Ecclesiasticis necessario uti debent. — . — . — . — . — . — . —.

Quod tertio loco deductum fuit, ut controversiae limitum Bonorum Ecclesiasticorū atque injuriarum in ijsdem bonis patratarum inter personas Ecclesiasticas vertentes in foro Seculari cognosci et judicari debeant; id non solum per Seculares Reipublicae Constitutiones, s: quae tamen ex defectu potestatis et Jurisdictionis Ecclesiasticos ligare nequeunt ubi praesertim Sacrorum Canonum dispositioni difformes sunt:/, verum etiā per antiquas provinciales Synodos cautum reperitur. Cum autem Juris Canonici dispositio, in cap. Nullus Judicum et in cap. Si Clericus de for. compet., hisce Synodis provincialibus contraria sit; per eam siquidem Ecclesiastici pro quavis actione sive reali sive personali coram proprio loci Ordinario convenienti sunt: ideo ex quo Synodus fori Competentiam decernens per Summum pontificem qui solus Juri Canonico derogare potest, nunquam approbata et confirmata fuit; propositā proinde non semel in Tribunalibus Urbis dicta Controversia, semper declaratum fuit, Constitutiones Synodales Provinciales eo in puncto minime attendendas esse, bonorumque terrestrium, limitum et injuriarum causas adversus Ecclesiasticos institutas in foro Spirituali cognoscendas esse; ut nuper contigit causa Archiepiscopi poloscensis Rutheni cum Collegio S. S. Nom. Jesu. ejusdem Civitatis, atque in causa Abbatis Monasterij Cyriciensis Ordinis Cisterciensium cum Conventu Visnicensi Ordinis Carmelitarum Discalceatorum —.

Extinctio atque extenuatio Censuum reemptionalium, de qua ultimo loco mentio habeā

habetur per numeratam pecuniam, seu per inscriptae Summae translationem de uno ad alium fundum, fieri potest. In primo casu nullus requiritur Consensus Creditoris Census; quo etiam invito per Restitutionem Summae in Bonis inscriptae, Census extinguitur, ad disposita per superius allegatam S. Pii V. Constitutionem. In secundo vero Casu, cum praejudicium Creditoris Census, circa illius translationem de uno ad alium fundum verificari possit; ob alterius fundi Onera, inaequalitatem et insufficientiam, Consensus dicti Creditoris Census omnino requiritur; aliàs quaevis translatio pro nulla atque irrita habetur. Sin autem nomine extenuationis Census intelligitur restitutio non totius Summae sensualis inscriptae sed partis tantum ejusdem Summae, certum in Jure est, Debitorem Census Suum compellere posse Creditorem ad recipiendam non exiguam sed notabilem tantum partem Census, absque eo quod tamen pars quae superest demortua aut infructifera remaneat, ut de prima propositione statuit: Card. de Luc. de Cens. disc. 39. n. 3. 2ot 102., Buzath decis. 377. et decis. 39. per tot. et in rec. decis 354. n. 6. p. 5. et decis 148. n. 5. p. 6.; et de Secunda, Ens, de Cens. Quest 107. n. 10. et Quest 110. n. 3., et Rota post cum decis. 362. num. 1. —. —.

Postremo observandum venit, fieri nonnusquam posse, ut de partium Consensu aliqua Controversia ad forum Seculare Spectans ad Forum Ecclesiasticum deferatur, devolvaturque ad Urbem, quamvis per tres Instantias in hoc Regno poloniae decidenda foret; prout de Causis Criminalibus Clericorum et de Causis Decimarum disponunt, Constitutiones S. m. Urbani VIII.: sicuti accedente earundem partium Consensu Tribunalia Secularia Cognitionem plurium Causarum Ecclesiasticarum Suscipiunt, quae ad locorum Ordinarios pertinent atque ad Illos remitti deberent. Nam Judicis Secularis Jurisdictio in causis Spiritualibus nec de partium Consensu prorogari potest; Jurisdictio vero Ecclesiastica per Consensum partium prorogatur in causis etiam mere Secularibus, et semel coram Judice primae Instantiae prorogata amplius declinari aut recusari nequit —. —. —. —. —. —. —. —. —. —. —.

Caput Quartum. Quod Serenissimi Regis ac Reipublicae in Monasteria Jus-patronatus esse dicitur, id veritatis fiducia liceat mihi sine invidia dicere, nullum est. —. Id Juris Sacri Ordines ex Suis Institutis habent, ut liberis Suis suffragiis Abbates Sibi eligant ac designent: qui postquam Summi pontificis Authoritate eam Sibi dignitatem rite confirmari impetrarunt, plenam in Suos Jurisdictionem exercere possunt ac debent. Cum primum hoc Sacrorum Institutorum Caput innumeris Summorum pontificum Decretis probatum ac firmatum, summa in Ecclesia Universa quacunque late patet Religione exceptum fuerit, de eo immutando nunquam ne cogitarunt quidem Si poloniae Reg-

aut proc

„ — aut proceres qui Monasteria fundarunt: hujus rei etiam Jis qui Sacros Canones nunquam nec a limine quidam salutarunt apertissimum argumentum esse debet, quod Sacri Ordines hoc Electionis liberae Jure per quadringentos et amplius annos sine ulla molestia usi sunt. — Utcunque autem hujusmodi Jus patronatus probari posset, quod sane non potest; quis unquam illud ad Monasteria praelatis aut Sacerdotibus Secularibus Commenda trahere possit? Videlicet id hac ratione agitur, ut Bona Sacris Ordinibus Donata, Dignitatesque Eorundem Ordinum propriae in aliud genus hominum omnino diversum transferantur; quod idem profecto est ac pias Fundatorum voluntates ac Sanctissimi Benedicti ac Bernardi Jnstituta omnino evertere! Verum cum jam a multis retro annis, Serenissimis Poloniae Regibus postulantibus, prelatis Secularibus hoc aut illud Monasterium interdum Commendare pontifices Maximi pro Sua potestate consueverint et nunc id agatur, ut hujus generis facultas aliqua a Summo pontifice Serenissimo Regi perpetua lege tribuatur; habet Summus pontifex pro Sua benignitate hujus postulati rationem, easque rei constituendae conditiones proponit, quae Viris Summae in Republica Authoritatis ac Dignitatis aequissimae atq; utilissimae privatim visae sunt. Jd quidem omnibus constat, nec Josum Summum pontificem Jnnocentium XI., quanquam et Serenissimum Regem Poloniae Joannem et Rempublicam Singulari amore prosequeretur, nunquam a Se impetrare potuisse ut Serenissimo Regi ac Reipublicae tantum tribueret! Js autem Ille pontifex est, de quo nunc in Sanctorum Album Referendo, pro Ejus maximis in hanc Rempublicam meritis, omnes Reipublicae Ordines pio gratoque animo laborant. Congregatio vero polonorum Benedictinorum, qua de causa exotica appelletur ignoro. Nihil illa peregrini aut alieni a polonia continet; cum polonis Monachis tota constet; nec quidquam aliud eà Jnstituendà actum fuerit, quam ut Ejus Ordinis vetus Disciplina accuratius servetur: quare nullum profecto damnum Reipublicae impendere existimo. Quam vero Congregationis hujus Jnstitutio nihil commune habeat cum Quaestione de Jure-patronatus, vel ex eo cognosci potest, quod etiam Ea Constituta Monasterium Sinecense, quod Eidem adjungi Clemens XI. pontifex Maximus Decretis Ritè latis mandavit Jllrmo Archiepiscopo Gnesnensi Commendatum, haud prudem est; Eamque potestatem Serenissimis Regibus in Monasteria tribuere Summus pontifex cogitat, quantam nullus Superiorum pontificum in animum induxit — · — · —.

Caput Quintum. Quid de Episcopatibus Ruthenis in posterum mandandis Basilianus Ordo constituerit, ignoro! Jd tantum sine ulla dubitatione affirmo, Ejus non esse de Rebus hujusmodi Leges condere, aut cujusquam Jus imminuere — · — · — · —.

Caput Sextum. Jn omnibus Literis pontificiis quibus aliquod Ecclesiasticum Beneficium huic aut illi tribuitur, Judex Executor apponitur: apud quem Js qui Beneficium

obtinuit

obtinuit verum id esse ostendere debet, quod Summo pontifici antea narravit, quo in Judi= — cio aut cognitione Ji omnes adesse possunt quorum aliquo modo interest, ne qui Beneficium impetravit in Ejus possessionem inducatur. Cum eo modo Georgius Melioruccius Canoni= catum Leopoliensem adeptus fuerit, verisimile mihi est, nullum Ei legitimum impedimentu opponi potuisse. Ad Cracoviense vero Beneficium de quo nunc acris Controversia Ei est, cum adversario; ab Jis nominatus fuit in quorum Jure-patronatus Beneficium est, viris scilicet Matronisque nobilissimi in tota Polonia generis. — . — . — . —.

Caput Septimum. Quod Sacer Ordo Secularis aut Regularis novos in dies fundos acquirat; id aut emptione fit, aut pia nobilium polonorum largitione. Utromodo id accidat, multo magis Civilis quam Sacri Ordinis Viri cavere debent ac solent, ut aut pia Eorum Libe= ralitas rata sit, aut ne Ji a quibus fundorum Suorum pretium accipiunt, de possessionis Sue Jure dubitare nullomodo possint: aliter enim nulli unquam Contractus inirentur. Ccete= rum Ecclesia nunquam cum publicae Rei damno locupletior fieri optavit: Jique qui Sa= cram Jurisdictionem exercent, Censurarum remedio, extremis tantum in utuntur casibus idque semper Inviti! —. — . — . — . — . — . — . — . — . —.

Caput Octavum. Quod Absentibus Nuncijs Apostolicis, aut Jis alio proficisci jussis, quoad Successor adveniat, Eorum Auditor Causas ad pontificium Tribunal delatas cog= noscere prohibeatur, nullo jure postulari potest: cum id omnibus in locis in quibus Aposto lici nuncii versantur sine ulla controversia fiat. nobilium vero Ecclesiarum Antistites qui pontificii a latere Legati Titulo ac dignitate decorati sunt, quorum permulti in Ecclesia Catholica numerantur, nullam in hujusmodi causis Jurisdictionem obtinent, nec quisquam de ea exercenda cogitat. Ad Auditoris Officium non alii quam probatae fidei ac doctrinae homines deliguntur; nec facile in toto Regno reperietur, qui Sacri aut Civilis Juris Scientia Jis praeferri possit, qui hoc munere Ornati in poloniam un= quam venerunt. —. — . — . — . — . — . — . — . — . —.

Caput nonum. Qua in re Pontificiis Episcopatuum Literis expediendis, a Jure Serenissimi Regis aut a veteri Consuetudine discedi coeptum fuerit; perspicere profecto nequeo: cum contra sciam per multos ex Jis qui ejus generis Literas hoc aut Superiore an no obtinuerunt a Summo pontifice liberalissime fuisse tractatos, quod nec Ipsi diffitentu Recens sane causa Varmiensis apertissime ostendit, Serenissimos Reges a nonnullis retrò annis multo ampliore Jure in Eo Episcopo designando uti caepisse, quam ut inter Sere nissimum Regem Sigismundum primum et Ejus Ecclesiae Canonicos olim convenerat. —

Huic autem meo Responso liceat mihi nunc Sacri Ordinis Latini ac Rutheni Ritus postulata adjungere, ad quae obtinenda utriusq Ritus Sacerdotes utilissimam sibi eorum operam atque Authoritatem futuram non dubitant; quibus ut mecum de hujusgeneris negotiis agerent Srmus Rex atque ideo Ipsa Respublica mandavit — . —

225.) postulata Cleri Secularis et Regularis Latini — . — . — . —.

1mo.) Ne Judicia Secularia assumant cognitionem causarum contra viros Ecclesiasticos institutarum; aut in quibus de materiis Ecclesiasticis ad locorum Ordinarios pertinentibus agitur. 2do.) Ne Secularis Jurisdictio procedat ad publicationem poenarum, Banitionis, Infamiae, Capitis, atque aliarum contra Ecclesiasticas personas Eidem Jurisdictioni in causis mere Ecclesiasticis se submittere renuentes —. 3o.) Quotiescunque ad Secularia Judicia Decretum aliquod a Judice Ecclesiastico prolatum pro executione remittitur, Ea de justitia vel injustitia ejusdem Decreti cognoscere Sibi licitum esse non putent: sed meri et Simplicis Executionis partes agant, nec demandatam executionem explere detrectent. —. 4o.) Cum eorum qui Sacris Censuris notati atque illigati sunt pervicacia, a nonnullis pro levi culpa haberi videntur: non modo Ji qui Sacras Censuras parvi pendunt sed etiam qui Jis blandiuntur, monendi hoc loco a nobis sunt, in utrosque illud dictum fuisse: Qui Ecclesiam non audierit sit tibi tanquam Aethnicus aut publicanus. —. 5o.) Ecclesiastici Seculares aut Regulares ultra vires et Bonorum mensuram Contributionibus ne praegraventur; nec Hibernalis Contributio ex Bonis Terrestribus per Religiosas familias possessis praetendatur. Ad illud vero Tributum quod Superioribus annis in Capita impositum fuit ab Ecclesiasticis exigendum, cum Diplommatis pontificii ea de re impetrati tempus jam diu elapsum fuerit, pium atque aequum videtur, aut novum postulare aut ab eo tributo exigendo cessare —. 6o.) Ut in Ecclesiasticis Beneficiis conferendis, aut per patronos tam Sacri quam Civilis Ordinis huic aut illi assignandis, Sacrorum Canonum diligens ratio habeatur, ne locus ullus sit gratiae vel privatis officiis, sed tantummodo Candidatorum virtus, mores, ac doctrina aestimentur —. 7o.) provisiones Apostolicae debitae Executioni mandentur: nec Resignationes cum antidatis in praejudicium Datariae Apostolicae permittant. Beneficia Sedi Apostolicae Reservata per alios clam aut dolose ne conferantur. —. 8o.) Provocandi ab Ordinariorum Decretis ad Archiepiscopos vel ad Nuntiaturam Apostolicam aditus nemini praecludatur; nec Acta prioris Judicij cuiquam denegentur qui ad altius Tribunal appellaverit. — . —.

226.) postulata Cleri Rutheni Uniti.

1.) Ne parochi Rutheni Ritus ad ea opera compellantur quae soli Rustici et Servi praestare consueverunt. Nec a militibus, quod saepe fit, vexentur, neve inusitata Tributa ab Jis petantur. Cum autem et Sacerdotes Fidem sint et Sacri Fori Jus habeant; si quid aliquando deliquant, villarum Dominis in Ipsos agendi Jus nullum est, sed pari modo ac Latini Sacerdotes apud Eorum Episcopos rei faciendi sunt. —. 2.) Novae Ecclesiae nisi ex Episcoporum Consensu atque Authoritate minime

aedificen

aedificentur: Jisque eodem tempore justa dos constituatur. —. 3°) Minus etiam = quisque existimet ab ullo alio quam ab Episcopo ulli Sacerdoti potestatem Sacramenta administrandi fieri posse. —. 4°) Cum ab Episcoporum Luceoriensium patrimonio septem omnino Villae a principe Constantino Ostrogogensi Anno 1625. ea de causa avulsae fuerint, quod Episcopus Terleckius Romam ad Sacrae Unionis negotium tractandum ac perficiendum profectus esset; aequum omnino est, cum principe Sanguszko qui modo villas possidet diligenter agi, ut Eas pro Sua pietate ac Religione, Ecclesiae Luceoriensi restituat —. 5°) Rutheni Ritus parochi ab Episcopo Suo adgerendam Curam animarum uspiam positi a Villarum Dominis nequaquam amoveantur; quod si amovendi causae exstiterint, Episcoporum tantummodo de iis cognoscendi Jus esse debet — . — . — . — . — . — . — . —

In Nomine Domini Amen

227.) Diarium Conferentiarum Statuum Regni cum Illustrissimo et Excellentissimo Domino Francisco Carolo Wratislaw à Mitrowitz Sacrae Caesareae Majestatis Legato. — . — . — . —

Dies Vigesima Secunda Mensis Novembris Anni Millesimi Septingentesimi Vigesimi Quarti huic Actui destinata. Hac enim die circa horam nonam matutinam, postequam ad locum designatum publicisque Actibus ac Consultationibus solitum in Arce Regia Varsaviensi tum Illustrissimus et Excellentissimus Sacrae Caesareae Majestatis Legatus, tum Celsissimus princeps et primas Regni aliique Ministri utriusque gentis ac designati per Constitutionem proxime limitatorum Comitiorum tam ex Senatorio quam Equestri Ordine Deputati convenerant; Celsissimus Illustrissimus et Rndmus princeps et primas Regni totius Congressus nomine sic allocutus est Illrmũ Legatum Caesareum:

= Respublica nostra sub felicissimo, prudentissimo et Suavissimo Sacrae Regiae Majestatis Domini nostri Clementissimi Regimine, Ejusque fortuna et fortitudine tuta, secura, pacifica et undique beata, adeo in profunda et altissima quiete immersa, ut nihil sibi deesse credat, praeter ut eà qua intra se fruitur tranquillitate, eadem gaudere valeat cum Vicinis et Confinantibus Sibi potentiis et Dominiis! —. Cum itaque Sacra Caesarea Regia Catholicaque Majestas Augustissimus Imperator Modernus; Cujus gloria et virtus excelsior omnibus titulis et Laudibus; Cujus Justitia et aequitas grata Deo, nota hominibus, in anterioribus Comitiis per Excellentissimum Illustrissimum et Reverendissimum Episcopum Nitriae et Magnum Sũ Legatum memo

„ Memoriale praesentare fecit, ad obfirmandam nationum, populorum, Terrarum et Confiniorum mutuam securitatem, per renovationem Antiquorum et recentiorum Tractatuum ac Foederum; quod Memoriale Sacra Regia Majestas prius toti Reipublicae per Instructiones antecomitiales, nunc Ordinibus Regni pro Comitiis generalibus congregatis, dignissimo ore, efficacissimo Sermone Excellentissimi et Illustrissimi Supremi Cancellarii, Nostri, et deliberationi Totius Reipublicae summopere commendavit —. Annuerunt itaque Status Regni in Comitiis feliciter limitatis et Lege publica sanciverunt; ut circa tenorem et contenta hujus Memorialis et aliarum quarumcunque interventiarum et negotiorum ab utraque parte proponendorum, secundum facultatem nobis a Republica concessam conveniamus, conferamus cum Excellentia Vestra Generis Claritudine Amplissima, Virtutibus et Meritis Ornatissima, negotiis Summis agendis et perficiendis plusquam sufficientissima, et a Sacra Caesarea Majestate ad hoc opus tractandum et perficiendum omnibus requisitis munita et plene characterisata —. Auscultabimus itaque cum Summa attentione Nobis proponenda ab Excellentia Vestra; reponemus ad omnia cum debita ponderatione et deliberatione; Nostragque quae nos concernunt successu temporis exponemus cum omni exactitudine et realitate, spe firma confisi, ea omnia votivo coronanda et terminanda successu, quaecunque spectant ad plenam principalium nostrorum gloriam, communem Dominiorum sibi connexorum utilitatem, optatam omnium et singulorum satisfactione et felicitatem —.

Ad quem Sermonem Illustrissimus et Excellentissimus Dominus Legatus pari Respectu respondit his formalibus — . — . —.

praemissa decenti gratiarum actione pro eloquentissima et benevola allocutione Reverendissimi et Celsissimi Domini Primatis, Ego infrascriptus sequentia posui. Literae Credentiales a me paucis abhinc diebus porrectae, Sacrae Caesareae Regiaeque Catholicae Majestatis Augustissimi et Clementissimi Domini Mei Intentionem animique Sui propensionem erga Serenissimam Regiam Majestatem Inclytamque Rempublicam haud dubie sufficienter explicuere.' Cumque hujus intuitu mihi certus pollicear, Regiam Suam Majestatem et Inclytam Rempublicam Sibi Cordi habere, quanta ex reciproca Vicinitatis Cultu Regnis et Dominatibus utriusque emanuerint, et ulteriora speranda sint comoda, ideoque immense satagere, ut Tractatus Anni 1677. qui Sui propriam mutuamque Conservationem felici hactenus eventu stabilivit tantocitius renovetur; ita ad hujus effectum plenipotentia seu Mandato cum Literis ego munitus, nomine Sacrae Caesareae et Regiae Catholicae Majestatis Eundem et antiquae simul amicitiae vincula restaurare et confirmare paratus sum.' Si quae interim respectu unius alteriusque partis tanto annorum decursu oborta essent gravamina; omni meliori et amicabili via illa tollendi operam dabo, eandemque a Sacra Regia Majestate et Inclyta Republica mihi vicissi

sponde-

spondeo. modum quo facilius et sine Principalium praejudicio id fieri possit, ab Illrmo hoc Consessu expectans; uti Sacrae Regiae Majestati Felix a Deo Optimo Maximo diuturnumque Regimen, ita et Jnclytae Reipublicae tranquillitatem Continuam et prosperos Rerū Successus devotissimo corde exopto. —. —. —. —. —. —. —. —.

Franciscus Carolus Comes Wratislaw à Mitrowitz. m.p. —.

Duo quidem Sermone Illrmi et Exclmi Domini Legati finito, Celsissimus, Illustrissimus et Reverendissimus Primas Regni et Magni Ducatus Lithuaniae, postulavit dilationem actus memoratarum Conferentiarum in sequentem diem: receptisque ab Eodem Illrmo Legato Credentialibus Literis, desideria per Illum prolata Sacrae Regiae Majestati deferre, Resolutionemque Eidem referre promisit. —. —. —. —. —. —. —.

Die Vigesima Tertia. Congregatis Illustrissimis Senatoribus, Ministris Status, et Deputatis ex Equestri Ordine, absente tamen Ministro Caesareo, caepta Conferentia! ubi Celsissimus Regni Primas requisivit: placeretne inchoatam in Ceremonialibus hesternā Conferentiam ulterius prosequi et ad essentialia maxime in legendis Credentialibus Literis Caesareae Majestatis accedere? Ad quod accedente omnium Consensu, lecta fuit 1.) plenipotentia Ejusdem Caesareae Majestatis Illustrissimo Comiti Wratislaw data. 2.) Literae Credentiales Ejusdem Caesareae Majestatis ad Serenissimum Regem Clementissimum. 3.) Literae Credentiales ad Senatum, distinctae et ad Equestrem Ordinem separatim Scriptae, quae hic Distinctim Suo Ordine apponuntur —. —. —. —. —.

228.) Plenipotentia Sacrae Caesareae Majestatis Eidem Illustrissimo Comiti Wratislaw Data. —. —. —. —. —.

Nos Carolus Sextus Divina favente Clementia Electus Romanorum Jmperator semper Augustus ac Germaniae, Hispaniarum, utriusque Siciliae, Hierusalem, Jndiarum, nec non Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniaeque Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae C.
et Wirtembergae, Comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis et goritiae etc etc
Notum testatumque facimus: perjucundum Sane Nobis accidere, quod quae in presens
Varsaviam Jnclyti Regni poloniae Comitia indicta sunt; Ea recentem nobis contestand
nostri erga Serenissimum Regem constantissimi Fraterni affectus, atque in istud Regn
Magnumque Lithuaniae Ducatum Sincerae Voluntatis nostrae, occasionem praebeant
Neque enim Sine voluptate rememorare possumus ingentia, quae ex pervetusta animorum ac
foederum conjunctione utrinque promanarunt, commoda; dum alter alterius vicini Jncolu
mitatem, Ordinum ac Subditorum Libertatem Salutemque procurare jucunda aemulatione
studuit! Cujus quidem Sensus cum et Serenissimum Regem atque Jstam Rembicam esse nulli
ambigamus; haud intempestivum quin e re mutua his praesertim dubiis temporibus

fore

—"—"—=fore existimamus; ut Illud ipsum, quod anno 1677. cum Augusto quondam Imperatore Colendissimo nostro Dño parente felicis recordationis ictum foedus a Regno et Republica polonia fuit, in imminentibus Comitiis renovetur. — nos sane hac spe inducti Illri et Magnifico nostro Consiliario Intimo ac Camerario Francisco Carolo à Wratislaw et Mitrowitz, Aulae, Dilectissimae Nostrae ex Fratre neptis Serenissimae Archiducis Mariae Josephae Hungariae ac Bohemiae nec non utriusque Siciliae Natae Regiae Nuptae quogue Regiae poloniae ac Electoralis Saxoniae Principis, Supremo Praefecto, amplum mandatum quin et plenam potestatem, ut super restaurando dicto foedere et si quid amplius utrinque conveniret, cum Sua Regia Serenitate atque Illustrissima Republica agat, tractet, atque etiam concludat, per praesentes damus atque concedimus: Verbo Caesareo Regio atque Archiducali spondentes, nos ea quae Is ita egerit, tractarit atque concluserit, non secus ac si a Nobis Ipsis coram gesta ac peracta fuissent, rata gratagque habituros, ratificationumque Instrumenta intra tempus conventum extradituros esse. In quorum fidem praesentes manu nostra subscripsimus et appenso nostro Sigillo communiri jussimus. Datt in Civitate nostra Viennae die 14. mensis Octobris Anno 1724. Regnorum nostrorum Romani decimo quarto, Hispaniarum vigesimo secundo, Hungarici vero Bohemici itidem decimo quarto. —. —. —. —. —.

=Carolus mpp.

Philippus C. A. Sinzendorff.

Ad mandatum Sae Caesareae Majtis pro.
=prium Joannes Georgius de Buol S.R.J.E.

229.) Literae Credentiales ad Sacram Regiam Mjtem Dominum Clementissimum.

Nos Carolus Sextus Divina favente Clementia Electus Rnorum Imperator. etc. etc. Serenissimo ac potentissimo Principi Domino Friderico Augusto Poloniae Regi, Magno Duci Lithuaniae ac Russiae etc. etc. Fratri et Vicino nostro Charissimo Salutem cum omnis boni incremento! Serenissime et potentissime princeps Frater et Vicine Charissime! Dum iter Varsaviam ad Serenitatem Vestram ingreditur Illris ac Magnificus Consiliarius noster Intimus et Camerarius Comes a Wratislaw ut suprema ab Eodem mandata antequam Dresdam se conferat, recipiat, Eidem in Mandatis dedimus, ut Serenitati inprimis Vestrae perpetuum nostrum sibi addictissimum paternum affectum nostris Verbis coram confirmet, simul una id agat, ut per occasionem imminentium Regni Comitiorum foedus Anno 1677. inter Colendissimum olim nostrum Dnum parentem Imperatorem Leopoldum fel. mem. cum Rege Regnoque poloniae initum, renovare, et si quae alia in usum communem proficua esse offerrent, exegui satagat. Quod cum e re utriusque Nostra esse, praesens Europae status moneat, eandem quae nobis Serenitati Vestrae mentem esse minime dubitamus.

Illi

Illi ergo plenam fidem, in iis quae nostro nomine propositurus est, non secus ac = ——
nobis Ipsis adhibere, ut velit, peramice petimur. Quod Superest, Serenitati Vestrae
amicam nostram ac propensam voluntatem large confirmamus. Datt. Viennae 14. 8bris
Anno 1724. Regnorum nostrorum Romani Decimo Quarto, Hispaniarum Vigesimo Se=
cundo, Hungarici vero et Bohemici itidem Decimo Quarto. — . — Vtis Vestrae Bene-
volus Frater et Vicinus, Carolus. —. philipus Lud. C. A. Sinzendorff. —. Joannes
=Georgius de Buol C. — .. — . — . — . — . — . —.

Titulus Exterior in Literis.

Serenissimo ac potentissimo Principi Domino Friderico Augusto Polo=
niae Regi, Magno Duci Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae,
Samogitiaeque nec non Duci et Electori Saxoniae, Fratri et Vicino
nostro Charissimo. — . — . — . — . — . — . — . —

230.) Literae Credentiales ad Celsissimum
Principem Primatem Regni — . —.

Carolus Sextus Divina Favente Clementia etc etc. Reverendissime in christo pa
ter Amice Sincere nobis Dilecte. perspectus Reverendissimae paternitatis Vestrae in Rem
publicam amor ac indefessum in promovendo Istius Regni commodo Studium certos nos
reddit; Illam, in iis quae Consiliarius noster Intimus ac Camerarius Illustris et Mgcus
Comes a Wratislaw et Mitrowitz, quem cum munere plenipotentiarii nostri ad imme
nentia Regni Comitia mittimus, coram exponet, non solum plenam Ei fidem adhibi-
turam, sed et ea quae in per utriusque Regnorum emolumentum cedunt, praecipua
Sua qua in illo Regno pollet authoritate suffulturam esse. Sane cum tot Seculorum
cursus eventu non uno docuerit, Regnum Rempublicamque poloniae, Salutem ac libe
tatem non alio tutiori loco quam in Austriaca potentia, amicitia ac confederatione
collocare posse; videntur minaces undequaque in Europa rerum aspectus monere, curas
mutuas ac providentiam ut vel nunc tandem in futuros casus serio convertamus. Quem
in finem praefatum Comitem ampla potestate munivimus, Eique mandavimus, utqu
nostra erga Reverendissimam paternitatem Vestram enixa Voluntas sit, Ei pluribu
Verbis coram exponat. Cui adeo Benevolentissimam nostram Caesaream Voluntatem
in omne tempus confirmamus. Datt. Viennae die 14. Mensis 8bris Anno 1724. —
Regnorum nostrorum Romani Decimo Quarto, Hispaniarum Vigesimo Secundo, Hun
garici vero et Bohemici itidem decimo Quarto — . — . — . — . — . —

Rndniae paternitatis Vestrae
Benevolus
Carolus.

=philipus Lud. C. a. Sinzendorff.
=Joañes Georgius Buol C mp

— " — Titulus Exterior in Jisdem Literis —.
Reverendissimo in Christo Patri Domino Theodoro Potocki Archi-
Episcopo Gnesnensi Legato nato et Regni Poloniae Primati, Amico
Sincere Nobis Dilecto! — . — . — . — . — . — . — .

231.) Literae Credentiales ad Senatum.

Carolus Sextus Divina Favente Clementia Electus Rãnorum Jmperator cetc cetc.
Reverendissimi, Reverendi, Jllustrissimi ac Jllustres, Magnifici nec non Generosi Sincere Dilecti! Quae nostra in Regnum et Rempublicam Poloniae Magnumque Ducatum Lithuaniae voluntas, quod studium ac sincera pro utriusque incolumitate mens sit; argumenta ejus satfirma superioribus temporibus edidisse nos existimamus! Et quanquam speratum inde fructum invidentibus fatis non semper retulerimus; in eo tamen sensu ac proposito obfirmati stamus cum Regno ac Jllustrissima Republica Vestra perpetuum non modo colere, sed et his praesertim dubiis temporibus stringere arctius amicitiam. Quod ipsum quanv e re communi sit, quà itidem ratione id afsequi liceat, exponet coram Consiliarius noster Jntimus ac Camerarius Jllustris ac magnificus Comes à Wratislaw et Mitrowitz; Quem ampla cum potestate eum in finem communivimus. Huic igitur plenã fidem in iis, quae nomine ac de mandato nostro expositurus est, ut adhibeatis benevole petimus. Et quod superest Reipublicae Vestrae omnia fausta precamur. Datt. Viennae die 14te 8bris Anno 1724. Regnorum nostrorum Romani Decimo Quarto, Hispaniarũ Vigesimo Secundo. Hungarici vero et Bohemici itidem Decimo quarto — . — . —.

Philippus Lud. C. A. Sinzendorffs. — . —
Joannes Georgius de Buol e mp.

= Carolus. mpz.

Titulus Exterior in Jisdem Literis — . —.
Reverendissimis, Reverendis, Jllustrissimis ac Jllustribus, et Magnificis nec non Generosis, N. Archiepiscopo Gnesnensi, caeterisque Principibus Senatoribus Ordinibusque Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae, Sincere Nobis Dilectis!

232.) Literae Credentiales ad Stubam Equestris Ordinis — . — . — . —

Carolus Sextus Divina Favente Clementia Electus Romanorum Jmperator cetc. cetc. Jllustres, Magnifici, Generosi, Sincere nobis Dilecti! Cum ea nobis praedecessoribusque Nostris cum Regibus ac Republica Poloniae perpetua intercesserit mutua necessitudo, amicitia, ac animorum conjunctio, ut quae sive laeta sive adversa alterutri contigissent, ea sibi quoque communia existimaverint; quae opportunitatem imminentium Regni Comitiorum nacti, nostrae in Republicam Sincerae Voluntati deesse videri possemus, nisi quantum salus ac Securitas Ejusdem Cordi nobis esset, palam testaremur! Itaque hunc in finem Jllustrem et

Mag

Magnificum Fidelem nobis Dilectum Franciscum Carolum Comitem a Wra= ——
tislaw et Mitrowitz Consiliarium nostrum Intimum et Camerarium cum plenipo=
tentiarii nostri munere in Poloniam mittimus, qui Vobis immutabilem nostram
erga Vos propensionem ac benevolentiam confirmet: Deinde ea Vobis exponat quae
utcunque providere monet praesens Rerum Europae Status: Quin quae desuper agenda,
tractanda, atque etiam concludenda visa fuerint, ea pro potestate sibi facta agat,
tractet atque concludat. Illi itaque plenipotentiario nostro plenam indubitatam &
fidem in ijs quae nomine ac de mandato nostro propositurus est, ut adhibeatis,
benevole petimus. Et quod superest Vobis Benevolentiam nostram Caesaream in
omne tempus confirmamus. Datt= Viennae die 14a Mensis 8bris Anno 1724. Re=
gnorum nostrorum Romani Decimo Quarto, Hispaniarum Vigesimo Secundo. Hun=
garici vero et Bohemici itidem Decimo Quarto — " — " — " — " — " —

Carolus S. mp. Philippus Lud. C. A. Sinzendorff. — . —.
Joannes Georgius de Buol Cmp. —.

Titulus Exterior in Jisdem Literis. — .
Illustribus, Magnificis, Generosis n. n. Mareschalco, caete=
risque Ordinis Equestris Regni Poloniae et Magni Duca=
tus Lithuaniae, Sincere nobis Dilectis. — . — . —.

His perlectis Literis Celsissimus Primas Regni intulit: quod quandoquidem essentia Lega=
tionis Caesareae consistat in promotione Renovationis Tractatus Anni 1677. inter
p. m. Augustissimum Imperatorem Leopoldum et d. m. Joannem III. Regem Poloniae,
ideo necessarium videtur ut in eodem Consessu idem Tractatus melioris ac recentioris
informationis gratia legeretur. Lectus itaque fuit idem Tractatus ex Authentico Instru=
mento per Dominum Regentem Cancellariae Regni et Majoris. —.

Hoc perlecto, placuit exquirere Celsissimo primati, ut si quipiam haberet quidpiam
hac super re proponendi, libere Sensum Suum reflexionesque exponat. Cum interrogavit
quid loco Responsi Caesareae Majestati dandum foret?

Itaque Celsissimus Princeps Episcopus Cracoviensis, accepta voce factaque praecusto=
ditione; quod non ex Curno sequentia diceret, in duas partes Quaestionem divisit: =
1o) Quid Legato Caesareo respondendum? 2o) Quid proponendum foret? Ad primum
reposuit; Quod quoniam propositio Caesareae Majestatis maxime tendat in eum finem
ut Tractatus foederis Anni 1677. renovetur; ideo censeret in materia amicitiae quae
nulli neganda est, negativum Responsum non posse dari: itaque subjunxit suadendo,
ut Illustrissimi Ministri interea forment projecta renovandi hujus Tractatus salvo ju=
re addendi minuendique in futuris Deo dante Comitiis. Nunc autem expediens esse

dixit

—„ =dixit, ut de Responso tam a Sacra Regia Majestate quam a Statibus Regni cogitetur, quale id, et quod Legato Caesareo dandum esset. —· Ad Secundum. Ratione pretensionu° nostrarum suasit, ut hae legerentur, Satisfactioque debita Spoliatis et Injuriatis urgeatur. Maxime tamen pro parte et ex Interesse Abbatis paradiensis locutus; injuriam tum Illi, tum Juribus Sacrae Regiae Majestatis in adempta Illi Jurisdictione Temporali et Spirituali exaggeravit. Quo finito Sermone Illustrissimus pro-Cancellarius Regni legit puncta praetensionum Incolarum Regni ad Ditiones et Incolas Caesareos. —·

=Dominus Trypolski Succamerarius Kijoviensis et Dñus Oxarowski Dapifer Cracoviensis trutinando quaedam puncta Tractatus Anni 1677., maxime punctum mutuae defensionis contra communem hostem, ac punctum liberae apud nos Conscriptionis militum vulgo Werbunkow praecavebant, ne per id Respublica in Societatem belli trahatur neve praesens Consessus in Declarationes assecurationesque quaspiam sese ingerat; cum non sit destinatus nisi ad audiendum et toti Reipublicae referendum. Cui dicto omnes assenserunt.

=Illustrissimus Palatinus podlachiae Dux Campestris Regni Subintulit, ut materia haec tractandi remittatur ad particularia Palatinatuum et Terrarum Comitiola. Ad quod repositum, materiam hanc satis in Instructionibus binis antecomitialibus esse indigitatam.

=Illustrissimus praefectus Castrorum Regni promovit: quod quoniam cujuslibet Tractatus seu foederis bini fines et commoda esse censeantur, utilitatis scilicet et necessitatis; ideo nec foedus hoc cum Caesarea Majestate respuendum censuit, cum utraque ratio Illud pangendi suadeat: tam necessitatis ex causa accrescendarum contra hostes quosvis Virium, tum utilitatis ex mutuae amicitiae Cultura et obligatione ad assopiendas quasvis praetensiones nostras gravaminaque nobis illata per Subditos Caesareæ Mjtis resarcienda. —·

=Interea Illustrissimus Princeps Episcopus Cracoviensis coincidendo in Sensum Illustrissimi praefecti Castrorum, Illius reflexiones approbavit. Quoad Scrupulos vero per Dominum Trypolski illatos subjunxit: hic non esse locum multis hac super re discurrendi sed in futuris Deo dante Comitiis; ibi Ille Ipse in Materia tam gravi Suâ Vigilantiam cautelamque adhibere appromisit·· Jam autem interrogavit, quale Responsum dari deberet Caesareo Legato in Materia Renovationis pactorum? negativumne? scilicet, an affirmativum? Si negativum detur, monstrabitur via et modus quomodo ad nostras praetensiones nobis negative respondeatur. Si affirmativum? hoc erit excedere metam restrictae potestatis, quae huic Consessui ad audiendum et referendum non vero concludendum data est. Itaque suadebat mediam viam arripiendi referendo sese ad assensum et Congressum totius Reipublicae, ubi negotium hoc ventilabitur et promovebitur. Deinde concusit, ut Cancellariae Regni parent projecta, quae loco Responsi hoc in passu servire possent, Legato Caesareo consignanda. —· —· —· —· —· —· —· —·

= Absentiente Illatis toto Congressu Celsissimus Princeps Primas Solvit Sessionem, —— ad referendum haec omnia Sacrae Regiae Majestati: tum demum ad exponendum Legato Caesareo — . — . — . — . — . — . — . — . — . — . — . — . —.

Dies Vigesima Quarta Vacabat a Congressu et Conferentia. — . — .

Dies Vigesima Quinta. Congregatis ad Locum Solitum Senatoribus, Ministris Status, et ex Equestri Ordine Deputatis, in praesentia Legati Caesarei a Dextris Celsissimi primatis assidentis: Idem Celmus primas orsus est ad Eundem Dnum Legatum nomine Totius Congressus Sermonem his formalibus: = — . — . — . — . — . — .

= Collatis adinvicem in hoc Amplissimo tam ex Senatu quam ex Equestri Ordine composito Consessu ad infra dicenda ab Integra Republica Authorisato; Sensibus, rationibus, Consiliis, et habita gratiosissima a Sacra Regia Majestate Domino nostro Clementissimo Approbatione, Deliberationis nostrae hocce Excellcae Vae deferimus Resultatum.

Cum nihil antiquius habuerunt habentque in Votis Suis. Sacra Regia Majestas Dominus Nr Clmus Omnesque Status et Ordines Regni, quam integram et inviolabilem amicitiam juraque bonae Viciniae Sarta tectaque conservare ac manutenere, cum Sacra Caesarea Regia Catholicaque Majestate; prout hactenus ipso effectu ex parte Sua praestiterunt; nihil innovando sive attentando contra vetera foedera praesertim Anni 1677., cujus renovationis propositio, servatis servandis tum precautis praecavendis, hoc est salvo Jure addendi vel minuendi juxta praescriptum tenorem in Limitatione Comitiorum immediatorum, propensum Sacrae Regiae Majestatis et Ordinum Regni invenit animum; et ad ulteriorem hoc in negotio cum Excellentia Vestra comunicationem, Illrmi et Excellmi Domini utriusque gentis Ministri cum Illrmo Dño Comitiorum Mareschalco a Sacra Regia Majestate Dño nro Clmo ex gremio nostro seliguntur et deputantur: dummodo ante omnia innovata et attentata gravamina in praejudicium publicum et privatorum Regni Poloniae Civium causata contra Ejusdem foederis pacta, cujus renovatio proponitur, ac in seorsivo Scripto quod Manibus Excellentiae Vrae consignamus, purgentur et removeantur; Spoliatique aut Juribus et jurisdictionibus aut fundis, villis, Terris, Subditisque Suis, tam Ecclesiastici quam Seculares absque mora ante incidentiam ex Reassumptione Comitiorum restituantur! — . — .

Glorificabitur itaque non tantum Exemplaris Sacrae Caesareae Majts Justitia, sed etiam ta Sacra Regia Mjtas Dnus Nr Clmus quam et Respublica nostra habebunt motiva, obligationem, necessitatem tanto majori nexu bonae amicitiae et Vicinitatis adhaerere Sacrae Caesareae Majestati, Ejusque Benevolentia et Aequanimitate laetari! — . — . — . — . — . — . — . — . — .

Responsum, quod Ego infra Scriptus ad Declarationem a Reverendissimo et Cels

—"— et Celsissimo Principe Domino Primate Regni nomine Inclyti Senatus et Equestris Ordinis factam, dedi 25ta Gbris Anno 1724. —:= — . — . — —.

Humanissimas quas possum respondeo grates, quod Celsitudini Vestrae et Excellmo ac Illmo huic Consessui, propositionem nuper a me factam tam benevole excipere tamque prompto interim Responso utut intermedio honorare placuerit! Et cum Sacra Caesarea Regiaque Catholica Majestas Augustissimus et Clementissimus Dominus Meus praecipue in animo positum habeat cum Serenissima Regia Majestate et Inclyta Republica in vicina quiete vivere, eumque in finem anteriores Tractatus et omnia foedera renovare et ulterius tueri; ideo nullus dubito quin in continuandis proxime Comitiis momentosum hocce negotium unde mutua ad invicem pendet tranquillitas desiderate perficietur. Gravamina modo mihi exhibita diligenter perpendam et in quantum potero enucleate desuper respondebo: reliqua ubi dubia supererunt Instructione quantocyus providere satagam, cum denominatis mihi Ministris exinde ulterius collaturus: parem operam satisfactionisque promptitudinem, super iisdem quae vicissim ego expositurus sum, mihi spondens. Me Celsitudini Vestrae et Excellentissimo ac Illustrissimo Consessui ad ulteriores enixe commendo —. Francis. Car. Comes Wratislaw et Mitrowitz. —.

233.) Puncta Ordinum Regni poloniae per Deputatos in Comitiis Generalibus novissime expeditis designatos in Conferentia publica exposita Satisfactionem exigentia, Die 28. Mensis Novembris Anno Domini 1724. Eidē Legato Caesareo porrecta. — . — . — . —.

Primo. — Cum Accolae Vicini Regni Hungariae Ducatūmque Silesiae variis temporibus praecipue vero immediatis turbulentis, Limites Veteres ab utringue olim constitutos excedendo, Fundos Terrasque Reipublicae confinantes in pluribus locis sibi appropriaverint, multasque violentias ac Damna Incolis Regni poloniae intulerint et hucusque inferre non cessent, expedit, tum ad conservandam pacem et restabilienda Jura bonae et integrae Viciniae inter utrague Dominia, tum ad obviandum quibusvis dissidiis et collisionibus exinde emersuris; quatenus Commissarii ex utrague parte indilate destinentur cum plenaria potestate omnes querelas differentiasque granitierum et quasvis Controversias hinc inde inter Vicinos intercedentes Summario processu pro Jure et Justitia decidendi, definiendi et assopiendi, omnesque causas dissidiorum in posterum amovendi; praesertim inter Dnum Comitem Sapieha Starosta Bobruyski et Dominum Comitem de Hatsfeldt et Gleichen; tum inter Dnum Capitaneum Olsztinensem et

Comitel

Comitem Rotulnicki et Ejus Villam Boronow; item inter praefatum Dnum Comitem de Hatsfeldt et Dominum Comitem Burghaus atque Dnum Andream Zakrzewski; nec non inter Dominam Wężykowa Castellanam Vielunensem et Bona Ejus praszka, et Bona Ducatus Silesiae Oppidum gorzew, nowa Wieś, et alia —. —.

Secundo. — In Consilio Magno Varsaviensi Anno 1710. et Comitiis Generalibus Año 1712. conquesti sunt Incolae Regni poloniae super diminutione Tonnarum Vini de Hungaria procedentium, quae non continebant in se nisi Mensuras Vini Quinquaginta; et hac de re facta propositio Domino Principi de Frausten, qui effecit apud Sacram Caesaream Majestatem ut augerentur Tonnae ad Mensuras Sexaginta et Antalia ad Mensuras triginta; quod Status Hungariae observabant per duos vel tres circiter Annos. Verum quoniam nunc ad antiquum abusum deventum est, et minores Tonnae ad Regnū poloniae invehuntur per quod Incolae Regni damnificantur: proinde exoptatur, quatenus Sacra Caesarea Majestas Dignetur Statibus Hungariae demandare, ut sexaginta mensurarum polonicalium Tonnas, Antalia vero triginta mensurarum extruant et Vino impleant, sub Confiscatione minorum tonnarum; neve Incoli poloni majoribus accisis quam Subditi Sacrae Caesareae Majestatis graventur. praeterea Subditi poloni in Confiniis Hungariae degentes in Hungariam profugi, ibi patrocinium et protectionem inveniunt, nec Dominis proprietariis reddantur; imo in poloniam cum aliis associatis excurrentes furta et latrocinia patrant, nullaque querulantibus administratur Justitia! proinde ut Dominis Directis extradantur Incolae Regni poloniae desiderant — . — . — . — .

Tertio. Capitaneus Glogoviensis contra Josephum gorczyński Abbatem paradiensem et totum Monasterium non ita pridem, non tantum impracticatam inhibitionem extradidit, ne Idem Abbas tanquam Nominatus Regius Suscipiatur, ex eo quod quasi contra Alternatam quandam ex Statuto Sigismundi primi Obsoleto et posterioribus Regni Legibus Sublato, praetensam inter polonos et Germanos nunquā exercitam Nominatio Ejusdem Abbatis facta sit; verum etiam Decretum Sequestrationis Bonorum Abbatialium in Ducatu Silesiae existentium promulgavit, et de facto eadem Bona Sequestravit, aliaque praejudicia et gravamina intulit. proinde quatenus hujusmodi attenta tanquam Jura Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae enormiter laedentia, removeantur, Inhibitio propria emanata ad Sequestrum revocetur, Spoliumque Sequestratarum Villarum ante omnia restituatur —. — . — . — .

Quarto. — Conventus Religiosorum Ordinis praedicatorum ac Religiosarum Virginum S. Dominici in Silesia, ab origine Fundationum Suarum ad Religiosum provincialem polonum Spectabant, et modo primum tempore Revolutionis hoc in Regno poloniae circa Annum 1707. Isti Conventus provinciali polono adempti et alteri nempe

Boher

— " — Bohemiae applicati sunt; ut provincialis poloni Jurisdictioni restituantur .—. Similiter duo Conventus Franciscanorum in Silesia Opolij et Bitomiae ab origine fundationum ad provincialem polonum spectantes ab Anno 1707. in Regimine Spirituali turbantur; ne itaque provincialis Polonus Ejusque Visitatio impediatur. – pariter et alii duo Conventus patrum minorum Strictioris Observantiae apud S. Annam, eandem patiuntur sortem; quod in Illis impediatur Visitatio provincialis poloni .– Conventus Strzebnicensis fundatus a Principibus Polonis Henrico Barbato dicto quoad temporalia, et a S. Hedvige Ejusdem principis Consorte quoad Spiritualia; semper tam moniales polonas quam Abbatissas habuit: nunc ad malas informationes polonae magnas patiuntur turbationes, et ad eligendam Abbatissam Germanam in Anno 1706. sunt violenter coactae; et cum postfata Illius Abbatissam polonam sibi elegissent, Decreto quodam prohibitae sunt ne in futurum polonam in Abbatissam solum germanam eligant, tum quoque polonas ad erudiendum vel Religionem Suscipiendum in hoc Conventu interdictum: ut itaque haec praejudicia amoveantur, et circa Jura Sua ac Consuetudines Antiquas Conventus praenominati conserventur: cum et in Regno antiquus Status observetur inter Religiosos, nominatim S. pauli primi Eremitae et Cartusianorum qui tam in Regno hoc quam M̃o Ducatu Lit.ae a germanis Superioribus Visitantur — . — . — . —.

Quinto. Summa dicta Neapolitana quatuor centenorum et triginta millium Talerorum Imperialium cum provisione Decem a Ceritum, Serenissimum olim Sigismundum Augustum Regem poloniae, post fata Serenissimae Bonae Sfortiae Joannis Galliacei Ducis Mediolanensis et Izabellae Arragoniae Reginae Neapolitanae Filiae, Sigismundi vero primi Regis poloniae Secundo voto Consortis Matris Suae, uti Filium concernens, demum ad Sigismundum Tertium Regem poloniae ex Catharina Sigismundi Augusti Sorore germana Joannis Regis Sueciae Consorte procreatum filium jure Successionis naturalis Devoluta, tandem per Eundem Sigismundum Tertium pretio Coronae Regni Pactis Conventis Reipublicae Donata, a qua Serenissimi Reges poloniae videlicet Idem Sigismundus III. ac Josius Filii Vladislaus et Casimirus ex permissione Reipublicae percipiebant proventus, post Obitum vero Ejusdem Serenissimi Casimiri Regis poloniae statim Respublica Easdem sibi Summas Debitas sine omni mora ab antecessoribus Augustissimae Majestatis requisivit, quas etiam stante vita Ejusdem Casimiri Regis postquam Regno abdicasset per Illm̃ olim Olszewski Episcopum Culmensem præcavit sibi Securitatem hujus Summae, ac postea saepius Instantias Suas videlicet per Illm̃ olim Latuski Episcopum Varmiensem et patrem Votta Soc. Jesu tum per alios renovavit, et mandata ab Antecessoribus Augustissimae Mjtis pro indilata satisfactione obtinuit, quae quoniam non sunt sortita effectum, iterum Anno 1714. per Illm̃ et Reverdm̃ Christophorum

Szembek Episcopum Livoniae nunc Vladislaviensem suas renovavit Jnstantias ad = felicitèr Jmperantem Augustissimam Mjtem; quarum Jnstantiarum, Jurium et praetensionum Reipublicae Sacra Caesarea Majestas agnovit realitatem et soliditatem, dum praetensionem Gallorum circa Tractatum Badensem Jus sibi ad eandem Summam praetendentium Jure Regni poloniae explodi mandavit: Ut ergo hoc negotium diutius non protrahatur imo quam citissime satisfactio fiat Summaque cum provisionibus Reipublicae solvatur repetitis Jnstantiis urgetur. — . — . — . — . — . —

Sexto. — Serenissimus Regius Princeps Poloniae Jacobus locatus Summas per Serenissimum olim Divae memoriae Regem Joannem III. parentem Suum Desideratissimum Juregue Regni poloniae inscriptas circa initum matrimonium Suum cu Serenissima neosponsa Divae Memoriae Principe Neoburgica in Ducatu Olaviensi, easque speciali ratificatione Augustissimorum Divae memoriae Leopoldi I. et Josephi Jmperatorum habuit signatas, videlicet Quingentorum millium florenorum Rhenensium. De quibus Bonis stante matrimonio Suo gaudebat pleno Jure et secura quiete inviolabiliter suis reditibus ac provisionibus praescriptis; immediate vero ante facta Serenissimae Consortis Suae Excelsa Camera Silesiae ex quadâ occasione adinventa, proventus omnes dicti Ducatus Olaviensis sequestravit eosdemque per aliquot annos intercepit, nec ad ullum usum-fructum de Jisdem Bonis percipiendis Serenissimum Regium Principem admittit et ad hoc usque tempus intercepit. Quo motivo ad Sacram Regiam Majestatem et Jnclytam Rempublicam congregati Palatinatuum Regni Ordines inter Desideria Sua praesentibus Comitiis Regni generalibus comparentes et ad unum votum concurrentes hocce praejudicium Eidem injuriose illatum exposuerunt, quatenus Stantibus tam firmi Contractus pro parte dicti Regii Principis tot Senatorum Ministrorumque Regni Manibus corroborati Conditionibus, ad validas Sacrae Regiae Majestatis nec non Senatorii et Equestris Ordinu Jnstantiales ad Sacram Caesaream Majestatem, aut pacifica possessione reinductionegue plenaria Eorundem Bonorum cum omnibus Usibus et fructibus sic ut ante; reintegrari possit, aut etiam levata de Jisdem Summa Capitali integra cum refusione omnium proventuum retentorum propter intervenientia aliqua debita per Eundem Serenissimum principem pacificanda restitui et satisfieri valeat. — . —

Septimo. Sunt et alia Regni Poloniae Jncolarum desideria; videlicet Domini palatini Culmensis Capitanei Lipnicensis ratione non administrationis Justitiae pe Excelsam Cameram Silesiae, tum ratione non executionis Decretorum per Pohla civem Lipnicensem obtentorum: praeterea Dñi palatini Kijoviensis ratione Exactionis et Depositi Violationis, Justitiaegue non administrationis —. Cum Dñi Chniszek Supre

Reg

— " — = Regni poloniae Mareschalci ratione Successionis ad Bona in Austria Superiore sita, derelicta morte olim Sidoniae Ursulae Comitissae de Ottemberg Conjugis olim Dñi Mniszek Supremi Regni poloniae Culinae praefecti uti Legitimi Successoris se se concernentis, Decretis Augustissimorum Imperatorum evicta ac Executionem ac Satisfactionem expectantia —. — . — . — . — . — . — . — .

234.) Responsum, Quod infra Scriptus Sacrae Caesareae Regiaeque Catholicae Majestatis Minister Plenipotentiarius, ad puncta quae Ordinum Regni Poloniae Deputati in Conferentia Publica die 22da Mensis Novembris nuper exposuerunt, reddidit die 6ta Decembris Anno 1724. — . —.

Cum Sacra Caesarea et Regia Catholica Majestas Augustissimus et Clementissimus Dominus meus Concordiae et pacis amantissimus, inter praecipuas Regiminis Sui curas atte Cordi infixum habeat cum Sacra Regia Majestate et Inclyta Regni poloniarum Republica indissolubili amicitia et tranquilla vicinitate vivere, idque non nudis solũ verbis delineare, sed et opere et factis ex Innato Augustissimae Domui Austriacae erga Serenissimos Reges et Inclytam Rempublicam Ejusque Conservationem tenerrimo affectu tam per gloriosissimos Suos Antecessores quam per se in turbidissimis retro et novissimis ut constat temporibus remonstrare non praetermiserit, nullamque ansam huic amicitiae contrariam in minimo dedisse aut a suis dari permisisse sibi conscius sit: ita eo minus dubitandum est, Eundem et media quae ad tuendum ulterius hunc finem et purganda si quae inter utrinque Regnorum et Ditionum Incolas intercesserunt discrimina Communibus Consiliis apta videbantur, prono animo amplexurum fore. — . — . —.

Quod igitur Concernit propositionem, quatenus ex utraque parte constituantur Commissarii cum potestate Controversias Limitum aliasque coincidentes querelas Summario processu pro Jure et Justitia Decidendi, causasque dissidiorum in posterum amovendi; Sacra Caesarea et Regia Catholica Majestas non detrectabitur, imo accelerare satagetiam bonam et aequam utrinque Intentionem, dummodo de tempore congruo, ratione et modo, quò facilius sine Strepitu a paucis personis et citra ambages tale negotiũ expediri et moles Expensarum restringi queat, ante conveniatur. — . — . — . — . —.

Circa Casus autem Specificos, praesertim Dominum Starosta Bobruyski Comitem de Sapieha et Dominum Comitem de Hatsfeldt et Gleichen, in propatulo est, praenominatum Dominum Starosta reiteratis saepius benignis admonitionibus ut a turbatione Limitum factisque Violentiis desisteret toties quoties in tantum restitisse, ut

Sacra

Sacra Caesarea et Regia Catholica Majestas manu tandem valida in Ipsum animadvertere, finesque Silesiae sartos et tectos conservare lacessita et coacta fuerit. Et cum Idem Dominus Starosta denuo novis Invasionibus eosdem fines Silesiae transgredi, et Transactionem inter se et Dominum Comitem de Hatsfeldt Anno 1719. initam excedere, insignemque tam Quercuum quam abietum aliarumque Arborum copiam intra Territorium hujus Ducatus caedi et auferri curavit, interpellatus vero ab Inclyta Suprema Silesiae Curia vulgo Ober-amt, ut Ligna ad locum unde succisa fuerunt restitueret, non tantum hucusque renuere, ſ: nec habita attentione ad id quod a Sacrae Caesareae et Regiae Catholicae Majestatis Ministro Residente Libero Barone de Martels Magnati et Supremo Regni Cancellario Domino Szembek sub data 27. Julij 1724. a. fusius demonstratum est :/ sed insuper in facie Comitiorum et coram Regio et Inclyto Polonarum Reipublicae Ministerio, ac si praefata Transactio a Domino Comite de Hatsfeldt primo loco violata et minae ex parte Silesiae de ulterioribus infractionibus breviter perpetrandis factae essent, callide congueri non veritus sit? considerandum relinquo, an Ejusmodi novissima pejora prioribus attentata sufficere non possent longanimitatem Sacrae Caesareae et Regiae Catholicae etJtis Dñi mei Clementissimi denuo conciliare? — . .

Circa Differentias inter Dominum Capitaneum Olstinensem et Dñum Comitem Rotulinski, quae Anno 1719. ventilatae sunt; ex Informationibus ab Eodem Sacrae Caesareae Regiaeque Catholicae Majestatis Ministro Residente porrectis, luculenter demonstratum est: Ipsum Dominum Capitaneum Olsztinensem non gravatum sed gravantem extitisse! Ad reliquas vero Querelas quae ulterius nominatim ad finem hujus articuli continentur Informationem ab Aulae Caesareae Inclytis Dicasteriis petam instructusque desuper punctatim respondebo. Interim Silentio etiam praetereundum non est: Quod et Regni Poloniae Incolae non minus contra Spem et expectationem in Limites Hungariae et Silesiae audacter peccare, variaque damna Incolis et Subditis Sacrae Caesareae et Regiae Catholicae Majestatis inferre non pretermiserint; quorum excessus quam et plures alias a polonis in Hungariae et Silesiae finitimis exercitas rapinas et violentias jam Superioribus abhinc annis Ministri Caesarei in praesenti factorum Specie quae Sub Litera A consignata est, saepius conquesti sunt: cumque nulla desuper hactenus secuta satisfactione, novae in praejudicium publicum et Privatorum Ejusdem Regni et Ducatus Incolarum accreverint Injuriae, uti in Scripto Seorsivo sub Litera B. notatum reperietur. Securissime quoque sibi confidit Sacra Caesarea et Regia Catholica Majestas a Serenissimo Rege et Inclyta Republica tam anterius attentata quam expost innovata gravamina identidem ante reassumptionem Limitatorum Comitiorum exemplari Justitia adhuc reparatum iri — . — . — . — . — . — . — . — . — .

Ad Secundum. Ut Tonnae Vini de Hungaria procedentis ad mensuras Sexa
ginta

— " — Sexaginta et Antalia ad Triginta exstruantur et impleantur; jam Anno 1719. ex parte Status Cameralis Superioris Hungariae publicationes per omnes Comitatus et Regias Liberasque Civitates juxta mandatum Caesareo Regium factae sunt: ut quodlibet solitum vini vas tres urnas pasonienses sine defectu mensurae pro justo et aequo in se continere debeat: eadem mandata hoc anno iterum quantum ex adjecta copia Responsoriarum sub Litera C. ab Administratore Camerae Scepusiensis ad praedictum Sacrae Caesareae Majestatis Residentem patet repetita fuisse non dubito. Continentur autem in dictis Responsoriis rationes non modicae quibus Ipsi Quaestores Regni poloniae quâ et plures Poloni Vina in Hungaria ementes inculpari, Isdemque defectus Vasorum et Mensurarum qui in Polonia comperiuntur non postremo loco attribui possunt. ne autem Incolae. majoribus accisis quam Subditi Sacrae Caesareae Regiaeque Catholicae Majestatis graventur, aequa est petitio; et si parem inde Justitiam experti non essent, specificos de contrario casus expecto. Suadet Sibi Alte nominata Sacra Caesarea et Regia Catholica Majestas a Serenissimo Potentissimoque Rege et Inclytis Regni Statibus nõ minus abusus qui circa Commercium irreperunt serio corrigendos et Pacta antiqua, Super eõdẽ inter utrinque Dominatuum et provinciarum Subditos libere exercendo, deinceps Sanctius observanda fore. Ardenter enim Mercatores speciatim Vratislavienses desiderant, ut in Suis a Serenissimis Poloniarum Regibus obtentis Privilegiis tuti conserventur, sublatisque libero Commerciorum Cursui interjectis Impedimentis, vectigalia immodica, quorum violentae Extorsiones, Executiones et iniquissima repressalia Commercium Silesiae cum Russia Regno poloniarum ipsimet fertilissimum vix non penitus profligarunt, aequo moderamine diminuantur, restauratagque Negotiorum Libertate damnificati quorum non levis momenti querelas ante citatae Literae A. et B. fusius continent, sine ulteriori mora debita Satisfactione beentur — . — . — . — . — . — . — . — . —.

De profugis ex Polonia in Hungariam Accolis et Subditis, quinimo etiam specifice docendum erit, qualesnam illi sint? quibus Dominis se subtraxerint? et apud quos illicita sustentacula et protectiones invenerint? sollicitegue desuper curabo ut Dominis Suis restituantur. Circa eos qui ex Dominiis Sacrae Caesareae Regiaegue Catholicae Majestatis Haereditariis et praecipue ex Silesiae Ducatu copiose in poloniam aufugerunt ibigue foventur, et quorum hucusque retentorum ingens numerus in praenominatis Literis A. et B. comprehenditur, mihi vicissim parẽ Industriam et Justitiam promittens — . — . — . — . — . — . — . — .

<u>Ad Tertium</u>. Scilicet gravamen Abbatis et Ecclesiae Paradisiensis, quamvis Sacra Caesarea et Regia Catholica Majestas non sine gravissimis Causis unam alteramq; Inhibitionem fieri curaverit, actualiter de Medijs cogitatur quibus Res et Desideria

Abbat

Abbatis, ut Ipsi constat, complanari et ad bonum finem perduci poterunt —. —. —.

Ad Quartum. Quod comprehendit querelam de quibusdam Conventibus in Superiori Silesia sitis, et interdicta Conventualibus receptione Visitatoris Poloni; procul dubio Sacra Caesarea Regiaque Catholica Majestas, nisi aliae rationes in contrarium militent, demandabit ea, quae respectu admissionis Visitatorum ex Suis Haereditariis Regnis et Provinciis in Regno Poloniae observari et in usu esse animadvertet: quo desuper Instructionis mandata experiri non deficiam. —.

Quod concernit passum Coenobii Sanctimonialium in Trebniz; memoria obsoletum non est, quidnam ab olim memorata Sacra Caesarea et Regia Catholica Majestate paucis abhinc annis ad iteratas Instantias Rndmi et Excellmi Domini Christophori Szembek Serenissimi Regis et Inclytae Reipublicae Poloniarum Plenipotentiario responsum sit; a quibus tam per gloriosissimos Suos Antecessores quam demum per se Ipsam in eõlumentum hujus Coenobii coeptis Resolutionibus recedere, dispositionesque legitime factas rursus dirimere, neque congruum neque practicabile foret: assumptumque iri sperat Sua Sacra Caesarea et Rã Catholica Majestas in Suae erga gentem polonicam immotae propensionis notabile specimen, quod in tam numeroso Conventu in Terris Suis Haereditariis sito unam tertiam polonarum Virginum suscipi et Sacro Ordini initiari permittat; cum inficiari n possit Coenobium hoc a fundationis origine principaliter ratione Bonorum primae fundationi applicatorum ad Ducatum Silesiae per continuatam aliquot saeculorum Seriem pertinuisse.

Ad Quintum, Sextum, et Septimum. Quod praetensionem ita dictae Summae Neapolitanae nec non Serenissimi Regii Principis Jacobi locatas pecuniae Summas sequestrationi adhuc obnoxias, et Magnatis Regnique Poloniae Marschalci Domini Mniszek, aliorumque Regni Poloniae Incolarum sub articulo Septimo comprehensa desideria concernit; itidem Informationem ab Aula Caesarea implorabo, desuperque sicut anteriolo ribus respondere contendam. Ulteriora si quid adhuc pro Re jam nata aut nascenti, gravaminum loco exponendum foret reservando —. —. —. —. —. —.

Sacra Regia Majestas et Inclyta Respublica gratiae mihi habebunt si hac occasione causam et petita Srmae Electoralis Palatinae et Sulzbacensis Principis Elisabethae Christinae de Bonis in Magno Ducatu Lithvaniae sitis, Ipsamque Jure naturali et haereditario afficientibus ut juxta Leges Regni et novellas Constitutiones Anni 1717. et 1718. gaudeant, ac in pacifica eorum possessione Eadem Srma Princeps non interturbetur; Causaque Illmis Comitibus Sapieha Marschalco Supremo et Dapifero M. D. Litt. aliisque praetensis Competitoribus occasione horum Bonorum ad Comitia Regni generalia intentata, ibidem in Comitiis disjudicetur, prout a Sacra Caesarea et Regia Catholica Majestate Clementissimo Domino Meo in Mandatis habeo, ulteriori

prote

— " — =protectioni et Tutamini demississimo quo par est Respectu enixe commendo.

Franciscus Carolus Comes Wratislaw et Mitrowitz. —.-

Litera A. —. 235.) Gravaminatione Spoliorū et Invasionū.

Primo. —. Anno 1680. Die 6ta Junij. Per generosos Melchiorem Castellanum Siradiensem et Casimirum a Grudna Grudziński Fratres germanos in via publica tribus ante Urbem Bremberg milliaribus perpetratum est Spolium: nam assumpta Judæorū iniqua causa cum quindecem armatis hominibus, sex Vratislavia Gedanum tendentes currus variis Mercibus Onustos aggressi sunt. Equis Pedemmicum abductis, mercibusque cum Damnis et Expensis pretium Viginti millia Imperialium excedentibus ablatis. Et quamvis in Conventione Regni Generali Anno 1681. ad restitutionem Mercium et solutionem pretii Distractarum uti et refusionem Damnorum et expensarum in Judicio Lanciciensi moderandarum Sub poena perpetuae Banitionis Damnati fuerint, variis tamen tergiversationibus Regium Executionis Decretum a Reis elusum, et nulla penitus a damnificatis tot laboribus et expensis quaesita Satisfactio impetrata est. —.

Secundo. Anno 1710. Die 6. Aprilis. Notabilis Injuria facta est per Milites Generosi Francisci Gotuchowski tunc temporis Centurionis Sub Regimine Illmi Dñi Belli Ducis Regni Sieniawski Gnōso Joanni Mauritio de Franckenberg, cujus Residentiam in Bono Suo Gustaw dicto ad mediam noctis furibundo impetu invaserunt, familiam Ejus et Conjugem Verberibus affecerunt, et ablata argentea aliaque Supellectile, Dictum Franckenberg frameatum ictibus in Capite graviter laesum junctis post tergum manibus, morte saepius comminata per multa devia Boleslaviam ad praefatum Gotuchowski Violentiae hujus Authorem deduxerunt: qui Eum a se prius dimittere noluit quam Eidem Ducentos aureos sub specie Litri exolvendos promisisset; 2036 Imperialium Summam excedentis Spolii nulla hucusque Satisfactio secuta.

Tertio. —. Eodem Anno die 28. Mensis Julij. Quidam Bielizki Judaei iniquâ causâ assumens in Civitate Damno transeuntes Quadrigas Vratislavienses una cum Curribus, Equis et Mercibus arrestari fecit, segue ulterius repressaliis usurum audacter est comminatus — . — . — . — . — . — . — . — . —

Quarto. Joannes Succamerarius Lanciciensis, nec non Sebastianus et Joannes Sigismundus de Skrzyno Skrzyński Anno 1711. die 8va Mensis Novembris Dynastiam Wartenbergensem invāserunt, ibique sub arrogato sibi Tutorio pupillorum Skrzynscianorum Titulo, ex publicis pascuis octuaginta sex Equos in Poloniā abegerunt. —.

Quinto. Ex Ejusdem Dynastiae Territorio a Nobili quodam Wingerski nomine Mense Augusto 1713. tres Equi abacti sunt. —. —. —. —.-

Sexto

Sexto. Anno 1716. Die 27. Maij. Generosus de Krenski Capitaneus Terrestris in = —
= Stawczyn, ultra priora contra Civitatem Wartenbergensem attentata, iterato prae=
= sumere ausus est per Suum Juniorem Filium et homines secum Ductos, praedii
Wioske nuncupati, et aliorum complurium hominum pecora ad 20. partes violento modo
ex Sylva de pascuis abigere et in Poloniam compellere; pro quibus recuperandis praefati
praedii conductos 29. Joachimicos seu 58. florenos Rhenenses denuo exolvere coactus est,
ita ut quantum illicite exortum ad 260. florenos cum illis vero 229. flo: quos prefatus
Dnus Capitaneus ob non rite praestitam evictionem, penes restitutionem elocati prædii
Civitati liquide obligatus remansit ad quadringentos octuaginta novem florenos Rhenen-
ses se extendat. — . — . — . — . — . — . — . — . — . — .

Septimo. Die 30. Mensis Augusti varii Excessus et Jrruptiones in dilesica confinia
a Confoederatorum copiis perpatratae sunt: ubi praedium Libero Baroni de Schwei=
dnitz proprium exspoliatum est: alibi etiam equi abacti: nec non a Polonico presidio,
Kargae Gleymij prata invasa sunt, et illius loci Rusticis foenum violenter ablatum est.

Octavo. Profugi ex Dominiis Caesareis' et Silesiae Ducatu Subditi presertim ex
provincia Cruciburgiensi et Pisthnensi Poloniae finitimis non tantum recipiuntur et
foventur, sed etiam quando a Dominis Suis reclamantur, negantur adesse. Insuper Bona
eorundem mobilia vi vel clam in Poloniam transvehuntur; et quod plus est alii exem=
plo ad similem fugam et illicitam transmigrationem palam alliciuntur et incitantur:
quod malum adeo invaluit, ut postremis his annis ex praedictis tantum duobus Distri-
ctibus plus quam 280. Subditi absque faeminarum et Liberorum numero in Poloniam
emigrasse, nec reclamantibus Dominis restitutos esse, constet —. — . — . —.

Nono. —. Cum Pellioni cuidam in Bugdey, ob violatum Jnterdictum Caesa=
reum per Officiales Provinciae Festenbergienses legitime confiscatus fuerit, Currus
cum duobus equis subdole Sale oneratus nobilis quidam Polonus nomine Barto=
slewski non minus violenter quam injuste attentavit; nobiles Duos Silesiticos nempe
Christophorum Conradum de Progiel et Georgium Sigismundum de Panivitz sub specie
venalis foeni fallaciter ad se allicere, et eorundem de insidiis ne quicquam cogitantium,
nobilium, equos octo et Currus Duos detineri, famulosque Verberibus miserrime ex=
cipi jussit: et non attentis quibusvis Jnterpellationibus et amicis Requisitionibus,
Equos illos continuo renuit relaxare: quare suprafati Duo Nobiles Silesitici dum ami-
cas Illorum Remonstrationes et petitiones frustraneas esse viderunt, necessitati fuerunt
licita vi equos et Currus Suos recuperare. Quia vero memoratus Nobilis Bartoslewski
equos istos et Currus in gravissimis itineribus, dum ingentia pondera ferri ad diversa
loca trahere debuerint, taliter destruxit, ut nobiles Silesitici ejsdem ulterius uti ne=
queant; Damnum per hoc 400. Jmperiales excedens Ipsis nobilibus illatum est. —. —.

Decimo. —. Anno 1714. sub finem Aprilis. Eo quod Fur quidam ignotus, postq

—"— = podstarostae tum temporis Rieckenski in nundinis Militschensibus equum abstulerit; Idem podstarosta non tantum ad Mediatorem Geloniorum et Comitis de Maltzhan, Judaeum qui commercii et negotiorum Suorum gratia in Poloniam profectus erat, in via publica arrestavit et in Oziecków secum abduxit, ibidem etiam in durissimo carcere tandiu detinuit, donec Judæus Iste triginta Imperiales exolverit. —. —. —.

Undecimo. —. Anno 1715. 2da Junij. posteaquam Dominus Lakrzewski in Duppin et Domaratschultz Actionem contra nobilem quendam Silesiticum de Helmrich dictum coram de Vita ejusdem instantia nempe Domino Comite de Maltzhan instituit; ibidemque bene examinata Causa non vero ad mentem et libitum Actoris lata fuit Sententia; curavit praefatus Dominus Lakrzewski pecora Domini Comitis de Maltzhan Nr 62. per duodecem armatos Viros ex Dominio saepefati Domini Comitis et prato Communi in pagum Dommoratschultz abigi, eademque tam diu detinuit donec omnia quæcunque voluit obtinuerit —. —. —. —. —. —.

Duodecimo. —. Eodem Anno 1715. Jussit Idem Dñus Lakrzewski nobilis cujusdam Silesitici de Niesemenschel dicti, molitorem molinae Alatae qui Dño Suo ultra 80. Imperialibus ex debito obstrictus erat, juxta propria Molitoris ejusdem asserta, de nocte manu armata abripi et in Bonum Suum Domarathschultz in Poloniam aduci —. —. —. —. —. —. —. —. —. —.

Decimotertio. Pari Authoritate propria, et ex ea ratione quod Judæus Lathoschinensis Joseph-Jacob, cum Suo ex pignore contra Haeredes Gallecienses coram Dño Comite de Maltzhan. indebite et injuste praetenso debito remissus fuerit; arrestavit et abripuit nobilis quidam Polonus Stephanus Durin dictus Matheum Herlebrodt Civem Militschensem cum Curru et equis in Cotoschin, miserumque Civem tandiu inferris detinuit, donec Judeo aliquid concessû fuerit. Currum vero et equos totaliter Destruxit —.

Decimoquarto. Anno 1716. in Septembri contigit; ut plures Poloni aliquot Cives Militschenses ad nundinas in Sacne tendentes non procul a Schlippe aggressi fuerint, illosque omnes adegerint cum equis et Curribus diversis Mercibus onustis in praedium Dominale Koinense vehi; quo facto quatuor meliores equos ex ea ratione abstulerunt, quod sex mensurae vulgo Schaffel frumenti ob non solutam accisam fuerint confiscatae; et detinuerunt quatuor hos equos in tantum donec in medio Ebris ejusdem Anni pretium frumenti confiscati ex Cassa Accisali refusum fuerit. —. —.

Decimo-quinto. Anno 1718. die 3. Julij. Praesumpsit Arrendator Starostiae Olsteinensis in Sacrae Caesareae Majestatis Ducatu Silesiae Oppoliensi D. Comiti de Puckler appertinens Bonum Caminitz non tantum coadunatis armatis hominibus invadere, et prata penes Starcze et Rudniki agros insuper et quidquid frugum in his repertum est devastare et diripere, ingensque Domino loci et Subditis Ejus damnum infligere; sed etiam quod plus est, ingentem et ad medium milliare se

extende

extendentem terrae portionem sub vano praetextu et colore ac si illa ad Staro= stiam Olsteinensem et sic quoque ad Regnum Poloniae pertineret, propria Authoritate sibi vindicare, limites antiquos invertere, et novos pro libitu et arbitrio suo ponere, attentavit, addita Comminatione audaci Executionis contra omnes qui limites illos praetensos transgredi praesumerent. — . — . — . — . — . —

236) Copia Responsoriarum ab Administratore Camerae Scepusiensis Caesareae Libero Barone de Mednyariski ratione Vasorū vini ad justam mensuram conficiendo= rum, 26a Julij 1724. Anno, ad Me Liberum Baronem de Martels Datarum. — . — . — . —

Debito cum honore percepi Illustrissimae Dominationis Vestrae de 8ma praesentis Varsavia ad me datas. Recte in hisce Bonis meis in limitibus Poloniarum consti= tutis, quorum tenorem quidnam ratione Vasorum iterum non adjustam mensuram ve= rum de Anno in annum in minori quantitate, in hisce Regni Hungariae partibus con= fici coeptorum, mihi insinuare, quam et quales ponderosas et ad Altissimum Servitium Caesa= reo-Regium Augustissimi nostri Dñi Domini Clementissimi, quam et ipsum bonum publi= cum harum partium tangentes reflexiones in medium adducere Platueriae abunde intellexi. - Factae fuerant omnino adhuc in anno 1719. ex parte Status Cameralis Supe= rioris Hungariae publicationes per omnes inclytos Comitatus quam et Regias liberasque Civitates harum Regni partium juxta Clementissimum Mandatum Caesareo-Regium, quodvis solitum vini vas tres urnas Pasonienses sine defectu mensurae pro justo et aequo in se continere debere: et ne quispiam justam mensuram Vasorum ignorare quo= dam modo semel excusare queat, etiam mensuram trium urnarum Pasoniensium germanica lingua vulgo Eisir nuncupatae, per omnes harum partium Regni Hungariae Superioris Comitatus et Regias Civitates, ultra centum Exemplarium Cassoviae prepa= ratorum pro quorumvis securiori directione seorsive transmissae extitere; quae etiam mensurae aliquo tempore universim observatae fuere. Gnaudivi ego quoque, nonnullos in priorem defectum abusus minus justae mensurae Vasorum demio devenisse. Hinc ad Aestimatissimam Insinuationem Illustrissimae Dominationis Vestrae non intermit= tam proxime Cassoviam rediturus novas intimationes ad omnes partes et loca debita harum partium sub graviori comminatione Authoritate Regia instituendi serii remedii cameraliter primi Jus expedire curare. Interim Illmae Dñtoni Vrae pro sui Informatione id quoque obsequiose praesentibus reinsinuandum habeo. Josos

Quaestor

— „ — = Quaestores Regni Poloniarum quam et plures Dños Polonos vina in Hungaria ementes in eo culpari posse, et Jisdem non postreme defectum Vasorum in polonia expertum attribui posse, quòd plures non vina meliora Submontana dicta circa Tokainum procreata verum ex deterioribus promontoriis ob vilitatem pretii plura exigua vina coemere solerent, quae prioribus temporibus in Poloniam non facile emebantur et vehebantur verum praestantiora Vina Submontana dicta, quorũ Vasa etiam de praesenti plurimum justam mensuram in se continent. praementionata vero vilia vina nonnisi Educillis Dominorum Terrestrium intra hocce Regnum Hungariae distrahebantur. Et ideo respectu talium vilium vinorum mensurae exiguae habebitur reflexio: cum quisque Dominorum Terrestrium ex Educillis Suis in statim mensuratis Vasis ab Educillatoribus Suis rationes exigere soleret; aut etiam vasatim distracta viliora Vina intra Regnum a ratione quantitatis vasorum Emptori pro occasione habita venundari solerent! Jam semel ante aliquos annos insinuaveram Illmæ Dñtioni Vrae, pro ẽductione Vinorum vilium ex Regno hocce Hungariae per Quaestores praesertim graecos in Regno Poloniarũ constitutos quaestum exercentes, quam plurimae defraudationes fiant, ubi vili vino nonnulli, et fortitudinem quam et dulcedinem artificiose conficiendo addere sciunt, et tali confecto vino utentibus destructio plurimum sanitatis et ærarsupii in Polonia causaretur. Hinc non alia presertim Questores in Regno Poloniarum constituti verum praestantiora Submontana dicta Vina coemere deberent; in quibus et bonitatem atque praestantiam quam et justam Mensuram Vasorum invenirent! Secundus defectus est in ipsis Vinorum Emptoribus Dominis Polonis hocce Regnum Hungariae subintrantibus: quodsi etenim in emptione Vinorum quodpiam Vas Vini non justae Mensurae esse advertit, quare tale Vas vini emit? aut vero ubi quepiam Vasa Vini non justae Mensurae emunt, quare non indicant Camerae Cassoviensi talem defectum? et nomen Venditoris talis defectuosa Vasa habentis? —. Scirem sane talem Venditorem Emptores injusta mensura defraudantem, suo modo invenire, et ad satisfaciendum Dño Polono Emptori quoad defectuosam Mensuram Vasorum compellere et exempla statuere. Quod ipsum Dñis polonis Eptoribus pro securitate et avertendo ulteriori damno in Mensura Vasorum suggeri posset. Adhibebo interea omnia excogitabilia media in praemissis pro salutari remedio. Qui pro omnibus occasionibus honori et fortunae meae reputabo praetitulatae Dominationis Vestrae Mandatis in omni observantia satisfacere et in hisce partibus inservire et gratificari posse. Me his ulterioribus favoribus perquam obsequiose commendans perseverare cupio. Ejusdem

Illus

Illustrissimae Dominationis Vestrae Servus Obsequentissimus, Paul Leop. —— Baron Medyanski. Dunavecz 26. Julij 1724. Anno —. —. —. —.

237.) Gravamina contra Transgressores Limitum Silesiae An. 1724. exposita.

Anno 1721. venit Dominus Bojanowski Starosta Gnesnensis una cum fratre Suo in pagum Silesiae Köningern Domino de Konigsdorff proprium; et cum ibi subditam quandam absente memorato loci Domino quaerens non inveniret, praetorem pagi e domo Sua vocatum Ejus loco capere secumque abducere molitus est: cum autem Jste in domum Suam tanquam tutissimum cuilibet receptaculum se reciperet, portam Dmimus vi effringere tentavit, actuque effregit, neque citius nisi excitato ab occurrentibus alijs hominibus rumore secessit, minatus se paulo post redituru[m] dom[u]m Ejus incensurum.

=Jdem Dñus Starosta transportatione Signorum granitialium Limites versus Civitatem Glogan praevaricari aggressus est. Cum autem postea uti Dicitur in priore Statum reposuerit, a querela quidem utrinque cessatum est: illud autem quod differentiae reliquum est, intermissa commissione s: quae fieri pridem potuisset si nominati ex parte Domini Starostae Commissarii Statuto invicem tempore comparuissent s decidendum adhuc restat. —

238.) Gravamina circa Laesiones et Damna quae Incolis et Subditis Sacrae Caesareae et Regiae Catholicae Majestatis in Hungaria et Silesia degentibus noviter illata sunt. —. —. —.

Proficiscebatur Anno 1720. Mercator Lignicensis Julius Philippus Helwig in polo-niam; ubi Siniavam versus Hungariae Confinia veniens, Ejus merces Authore Lesnensium Senione Judaeo Marco placht, sub praetextu debiti cujusdam vilioris et illiquidi arrestatae fuerunt. Quaesivit hucusque, ex hac injusta et Compactatis publicis e diametro contraria Mercium Suarum detentione laesus mercator non sine maximis impensis, damni illati restitutionem et Satisfactionem; quae Ipsi, Intercedente ex Mandato Sacrae Caesareae Majestatis Ministro Residente Libero Barone de Martels adjudicata fuit: eam tamen ob continuas Judaei tergiversationes obtinere non potuit; dum nimirum dictus Placht, accepta Palatini Calisiensis protectione, Regijs et Ministerialibus in hac causa emanatis Mandatis et Decretis se frivole subtraxit, et ita debitam damni illati Satisfactionem nondum praestitit. —. —. —.

Anno 1710. Mense Maij. Mercator Eperiensis Ernestus Henricus Goschke

tribu

—„– =tribus Onustis Curribus varia mercimonia ex Silesia in Hungariam per polo-
niae confinia, vectigali prius debite soluto, transvehere intendens, in via publica pro-
pe Civitatem novosadz per Milites Principis Georgii Lubomirski obrutus est, currus
violenter in civitatem deducti et desumptae merces sine ullo Juris praetextu Judæis
divenditae sunt. Gravissimum ex injustissima hac Mercium usurpatione Subdito
Caesareo emergens damnum, licet Castrum p̄æmisliense ejusdem resarcitionem cum
eo quod interest Ipsi adjudicaverit, hucusque nondum restitutum, neque publicae vi-
olatae Commerciorum Libertati prouti Justitia exigit satisfactum. —. —.–.

=Anno 1721. Mense Majo. Negotiator quidam ac civis Vratislaviensis nomi-
ne Fridericus Bruchs pro avena emenda in poloniam iter fecit: Cui nobilis quidam
Pacynowski, Ipso per Judaeum dolose ad se in pagum Minorem Mrockski introducto,
sub dolo alicujus contra viduam Höhng quondam Mercatoris Vratislaviensis praeten-
sionis praetextu, ducentos Imperiales vi extorquere ausus fuit: quam temerarie ex-
tortam pecuniae Summam cum eo quod interest licet saepius requisitus hucusque
restituere recusavit —. —. —. —. —. —. —. —.–.

=Eodem Anno transvexerunt nonnulli Silesiae Incolae novem currus Lignis
Onustos in poloniam, quos Castellanus Dupinensis Adamus Lakrzewski una cum Ju-
mentis numero octodecim arrestavit, et contra omne fas et aequum per quatuor=
decim Septimanas ad usum Suum tempore Messis adhibuit. Remisit quidē deinde
Currus illos una cum Jumentis perpetuo labore vix non ad internecionem defatigatis,
sed damnum injusta hac detentione causatum et ad octuaginta sex Imperiales aesti-
matum nondum restituit —. —. —. —. —. —. —. —.–.

=Anno 1722. Mense Majo. Abierunt Vratislavia tres Currus Mercimoniis
plurimum ferreis Onusti per Poloniam Dantiscum devehendi, quos in via publica
unō Miliari peres Civitatem Ravicz Franciscus Gajewski Castellanus Soltecensis,
per Administratorem Suum eum in finem illuc una cum decem aliis personis mis-
sum invasit, et vectores plagis minisque eo adegit, ut dictos tres Currus in domicilium
Suum veherent, ubi eos haud per exiguum temporis intervallum detinuit, sequenti
nixus praetextu! Se alium Urbis Vratislaviensis Incolam ex mutuo sibi haberet
obstrictum; et hinc Currus hosce ad Vratislavienses spectantes tamdiu detinere velle
donec debitum praetensum sibi esset solutum: licet hi Mercatores Vratislavienses nec
Socii nec Consocii fuerint hujus debiti! Tandem dictos Currus quidem dimisit, debitam
tamen laesae necessariae Commerciorum Libertatem, viarumque publicarum Secu=
ritatis Satisfactionem, et ex hac illicita Curruum retentione promanantium damnorum
restitutionem nondum praestitit —. —. —. —. —. —.

=Cum Mense novembri Anni 1722, Georgius Burchard Hungarus 27.= dolia vini Lublinum devehens, et in itinere Gluskam veniens, ibi impetrata a Dño Castellano gostinskiensi nomine Casimiro Gluski venia vina deposuerit; accessit Ipsũ post triduum dictus Dñus Castellanus et tria vini dolia desiderans degustavit, ex quibus unum post tres dies per Aulicos suos petiit, quod et dictus Burchardus, licet de pretio nondum inter se convenerant, Ipsis dedit; praecipue dum asseverabant, quod ad accipiendam pro eo pecuniam Dominum Castellanum adire deberet. Accedens autem loco pecuniae accipiendae, plagarum minis ab Ipso exceptus est, sub praetextu quod Ipsi plura debeat dum Lublini quoque de quolibet vini dolio aureum dare necesse haberet! Hinc metu plagarum abijt meliorem Domini Castellani resolutionem expectans; sed spe sua frustratus vidit post aliquot dies advenientes iterum ejusdẽ Aulicos, qui invito Ipsi Cellam ubi deposita vina jacebant ingredientes, alterum vini Dolium, et praeterlapis nonnullis diebus etiam tertium, postquam clausam cellam vi aperuerunt, abstulerunt, et Domino Suo attulerunt. per quod attentatum itaque Dñus Castellanus dicto Hungaro Damnum ad 800. Simphiones excurrens contra Omnia Jura intulit. — . — . — . — . — . — . — . — . — . —

239.) Gravamina contra receptionem Profugorum. ~ . — . ~ . — . ~ . —

Accedit Superioribus Annis, ut Duodecim Subditi Silesitici a Domino Suo nobili De Hauchwicz' Deficientes cum Equis, bobus, curribus, aliisque Rebus in partes hujus Regni Silesiae vicinas profugerant: quos Dominus Zakrzewski non modo recepit, sed et tutum Eis refugium praebuit, extraditionem Ipsorum negans sub praetextu ac si illa libertati polonicae contrariaretur: cum tamen Compactatis utriusque nationis cautum sit, ne alter alterius Subditos ad se quovis modo profugos ullatenus receptare, occultare, fovere, multo minus vindicatos quovis quaesito colore aut praetextu detinere praesumat. — . — . — . — . — . — . — . — . — . —

=Itidem Nobilis Zakrzewski Dominus in Sarna, Servum cum equo quem Domino nobili Silesio de Dycht Surripuerat Sarnam fugientem suscepit; et saepius requisitus, postpositis bonae vicinitatis et Justitiae Legibus, non solum Spolii hujus restitutionẽ et Juris ad locum perpetrati delicti extraditionem denegavit, sed etiam quod gravissimum praefatum nobilem Silesium violando Supremam Sacrae Caesareae eMajestatis Jurisdictionem Territorialem ad se citaret, Ipsumque si non compareret formidine reiterandi propediem facinoris haud tolerando cursu exterrere non dubitavit — . — . — . —

Simili modo poloniae Civitates Kampensis Bunzlaviensis, Volunensis, Werescheviensis profugos Subditos Silesiacos susceperunt: eosque contra compactata ad Reg

— „ — = Requisitionem tam Inclytae Supremae Silesiae Curiae quam Illorum Dominorum hucusque non remiserunt. — . — . — . — . — . — . —

240.) Dyariusz Konferencyi Stanów Rzeczypospolitey z Jaśnie Oświeconym Xięciem Jmcią, Bazylim Dołhorukim pełnomocnym Posłem Jego Cars: Wieliczeństwa.

Konferencyi Sey Dzień 27. miesiąca Listopada roku niniejszego 1724. naznaczony: y tegoż dnia o godzinie dziesiątey jak tylko na mieysce naznaczone w Zamku Warszawskim Aktom publicznym y obradom zwyczayne Jo Xiąże Jmć prymas, Jaśnie Wielmożni, Wielmożni Jchmć panowie Ministrowie Senatorowie Koronni, W: X: stwa Litt:, y naznaczeni przez Konstytucyą blisko limitowanego Seymu Delegati zjechali, wkrótce y Xiąże Jmć Bazyli Dołhoruki w Assystencyi Xiążęcia Siergieja Dołhorukiego poseł pełnomocny przybył mieyscem poprawey Ręce Xiążęcia Jmći uczczony. po powitaniu tedy Onego, Xiąże Jmć prymas to uczynił do Jmpana posła prologuium: że z przytomnemi Jchmć panami Ministrami, Senatorami y Deputowanemi z Kola Rycerskiego słyszeć chce co za propozycyą Xiąże Jmć poseł Pełnomocny ma od Pryncypata swego, doniosł Ją tedy in facie zgromadzonych Stanow Francuskim Językiem w tych exterech punktach. naprzod doniosł dotrzymywanie przyjaźni Pryncypata swego Jego Kr. Mći y Rzpltey. pro secundo, prozbę Pryncypata swego aby Jego Kr. Mć y Rzplta Tytuł Jmperatorski przyznali. pro tertio, uskarzenieśię o gravamina Religiey Greckiey Dissunitów w prowincyach polskich będących także y Dissydentow. pro quarto, et ultimo; Skarga o krzywdy Ludziom Moskiewskim od pogranicznych polskich poczynione. Które punkta in tenore jakie w sobie są niżey się wyrażają. Wysłuchawszy zatym JO Xże Jmć Prymas powzięcie Propozycye po komplemencie y namienieniu aby się scriptotenus podał Xże Jmć Pełnomocny poseł dignissimo sermone J. O. Xże Jmć wyraził; że Rzplta deklaracyi Cara Jmći skutku żadnego nieodebrała; y że z wiktoryi nad Szwedami Car Jmć Sławę, zysk y pożytek, a Rzplta Straty, szkody nieznośne y ostatnie Kraju polskiego zniszczenie y w popiołach zostawienie. Co gdy JOXże Jmć Prymas skończył, Xże poseł Pełnomocny przy deklaracyi oddania zwyż wyrażonych punktow odjechał, oddawszy in primis principiis negocyacyi Swojey Expedycyą, tojest plenipotencyą, y List od Jć: Carskć Wieliczeństwa do Jkról. mći: która plenipotencya takiż w sobie ma — . —

241.) Plenipotencya Xciu Dołhorukiemu dana.

Bratu Naszomu Nayiasnieyszomu y Dzierżawnieyszomu Wielikomu Hospodariu Awhustu Wtoromu, Bożyjeju Milostiju Korolu Polskomu Wielikomu Kniaziu Litowskomu, Ruskomu, Pruskomu, Żmuydzkomu, Mazowieckomu, Wołhynskomu,

podolskomu, podlaskomu y Inflantskomu, y innych Dedyzniomu Kniaziu = Saskomu, Juliantskomu, Kliwskomu, Herskomu Austryiskomu y Westphalskomu, Hospodarstwa Rzymskoho Arcymarszałku y Kniaziu Elektoru Lantgraffu Kniaziu Hennebirskomu, Graffu Marcyi y Burty, Hospodaru na Rawensztynie! = Bozyjeju pospiszewstwu Wyszniojw Milostiju My peter perwyy Imperator y Samoderżec Wse Rossiyskiy, Moskowski, Kijewski, Władimirski, nowhorodzki, Car Kazański, Car Astrachański, Car Sibirski, Hospodar Pskowski y Wielikiy Kniaź Smoleński, Kniaź Estlanski, Liflantski, Korelski, Twerski, Juhorski, permski, wiatski, Bołkorski y innych Hospodar y Wielikiy Kniaź nowahoroda Nizowskije Zeli, Czernichowski, Razanski, Rostowski, Jarostawski, Bieło-ozierski, Udorski, Obdorski Kordynski y wsieja Siewiernyja Strany powielitiel, y Hospodar Iwerskija Ziemli, Kartalinskich y Gruzinskich Carey y Kabardyńskia Ziemli, Czerkaskich y Horskich Kniazey y innych naśledny Hospodar y Obładatel. Bratu Naszomu utszupra etc. Mazowieckomu etc Waszemu Korolowskomu Wieliczestwu nasze Bratskoje Lubitelnoje pozdrawlenije! ponieważ my za rzecz potrzebną uznali, dla leszego utwierdzenia mającey naszey z waszą Kr. Mcią y Rzpltą przyjaźni, wyprawić do W. K. M. nam mile wiernego Xięcia Wasila Dołhorukiego jako naszego pełnomocnego Ministra: więc prosiemy W. K. Mci abyś pomienionego naszego Pełnomocnego Ministra nietylko Laskawie do Siebie na audiencyą przypuscić, y wszystkim tym co On Imieniem y Zleceniem naszym od czasu do czasu przekładać będzie zupełną dać Wiarę; ale też zawsze sktonnemi Responsami y Rezolucyą w propozycyach Onego ułatwić. - Wczym my dobrą i nieomylną mając nadzieję życzemy od Pana Boga szczęśliwego przy dobrym zdrowiu Waszey Królewskiey Mci powodzenia. Dan w Moskwie Maja 31. dnia 1724. r. Hospodarstwowanija naszego Hodu. - Waszoho Korolewskoho Wieliczestwa Wierny Brat, Druh y Susied Peter. - . = Graff Gołowkin - . — . — .

242.) Listu zaś Jego Carskiego Wieliczeństwa do Jego Królewskiey Mości pisanego Series takowa: = — . — . — . — . — . —

Bratu naszemu Nayiaśnieyszemu y naypotężnieyszemu Wielkiemu Królowi Augustowi Wtoremu z Bożey Łaski Królowi polskiemu, Wielkiemu Xiążęciu Litewskiemu Ruskiemu, pruskiemu, Żmudzkiemu Mazowieckiemu, Wołyńskiemu, podolskiemu, podlaskiemu, Inflantskiemu y innych, Dziedzicznemu Xięciu Saskiemu, Juliackiemu, Kliwskiemu, Horskiemu, Angryiskiemu y Westfalskiemu, Państwa Rzymskiego Arcymarszałkowi y Xiążęciu Elektorowi Lantgraffowi w Turinnij, Marggraffowi Miśnickiemu, także Wyższey i Niższey Łusacyi, Burggraffowi Magdeburskiemu, Graffowi Xiążęciu Hannowerskiemu, Grafowi Marchiy et Barby, Panu na Rawensztynie!

Z Bożey

Majestatem Vestram et nos amicitiae et bonae vicinitatis studio, certi et = —. —. persuasi, Ipsum nihil omnino intermissurum, quod ad promovendum adeo salutare propositum ab Eo conferri aut confici valeat. Quamobrem Majestatem Vestram hisce fraterne ac amice rogamus: velit praedicto nostro Ministro in omnibus quae nostro nomine, gratia, Majestati Vrae proponenda habiturus est, tanquam Nobis Ipsis plenam fidem adhibere, Suamque Mentem ad Ea vicissim declarare in eum Sensum quem a Majestatis Vestrae prona erga Nos voluntate nobis pollicemur.

= Quidquid pro re nata mutuorum Officiorum a nobis proficisci poterit, id omne Majestati Vestrae pari promptitudine offerimus, Eidemque de coetero prospera omnia et felicia cupide apprecamur. Dabantur. Berolini 2. Xbris 1724. —. —.

251.) Serenissimi Borussiae Regis infra nominandis Ablegatis ad Sacram Regiam Majestatem Inclytamque Poloniae Rempublicam Extraordinariis, Nobis Fratribus a Schwerin honor contigit nomine et Jussu Domini Nostri Clmi, Illustrissimis ad hunc Congressum Deputatis, responsionem, ad gravamina mihi Excubiorum Praefecto Generali a Schwerin d. 9. Xbris 1722. tradita, Sequentibus Scriptis exhibere verbisque, et quidem: =

primo —. Quod punctum Ecclesiae Lisnoviensis attinet; iterum Nos ad prolixiorem Deductionem Latinam nuperrimis Comitijs Excellentissimo Domino Supremo Regni Cancellario communicatam referrimus, in qua Demonstrationibus Luce meridiana clarioribus probatum est: Ecclesiam modo memoratam Augustanae Confessionis Addictis summo jure competere, neutiquam vero ad Romano-Catholicos pertinere, eumque in hunc usque diem nihil quod ullo vel nitatur vel verosimili fundamento contra istam Deductionem ab Inclyta Republica objici potuerit; id tanto ad melius adhuc firmandum Jus Serenissimi Borussiae Regis allegare e re esse ducimus, quod tempus conditorum pactorum Velaviensium merito in Discriminibus inter Evangelicos et Catholicos pro termino regulativo atque fundamento ponendum sit, utut hoc ipsum a Cardinale Primate Radziejowski p. m. Testantibus Ejus Literis Originalibus, eum in finem asservatis agnitum est, ac Statui presenti Ecclesiae Lisnoviensis convenit, de qua facile ostendi potest, Eam tempore Tractatuum Velaviensium in Evangelicorum non vero Catholicorum potestate fuisse atque possessione. Et quamvis hucusque de male fundato principio introducendo a Novis Bonorum in Prussia quibus Jus Patronatus inhaeret Acquisitoribus

cogitari

—„— . =cogitatum sit, ex quo secundum suam quivis Religionem in Ecclesiis mutationem instituere posse et Ejus Sacerdotes vocare atque ordinare Jus sibi concessum esse ratus est, quemadmodum id abusive per certos Narzymski nomine Episcopum quondam Culmensem, Opaliński, et recentioribus temporibus per Castellanum Szretter est tentatum; Sacra Regia Majestas Borussiae tamen quia ejusmodi molimina Supremo Suo Juri Ecclesiastico maxime praejudiciosa esse sentit, amplius permittere atque concedere non existimat, quin potius ea nunc intentione desistit qua ad Simultaneum in Ecclesia Lisnoviensi introducendum animus Ejus proclivis ferebatur. Dum haec Serenissimi Borussiae Regis facilitas eum tantum in finem a me Vigiliarum praefecto Generali oblata sit, ut in solatium Miserorum Dissidentium in Republica cederet, aut ulterioribus oppressionibus finis imponeretur, quorum tamen conditio ut exempla docent neglectis omnibus hactenus Intercessionibus et remonstrationibus eò est devoluta ut quotidie in pejus ruat, imo exitium certissimum Jis immineat nisi DEus Misericordiâ commotus per Principes Pacis Olivensis participes Ejusdemque Fidei Fidejussores, aut per Eos qui de pacificatione Varsaviensi fidem publicam spoponderunt. Inclytam Rempublicam ad gratiam demulceat, atque ad lenitatem adversus hos miseros commoveat. —. Quod gravamina intuitu Urbis et Territorij Elbingensis concernit, quae in querelis a Magistratu factis adeo exaggerantur, Serenissimus Borussiae Rex nihil magis optat quam ut super his et singulis Commissio utrique parti Communis ordinari possit: in qua demum fundamentum et veritas harum querelarum rite cognoscendi facultas esset. Interim donec ejusmodi Commissio Consensu Inclytae Reipublicae constituatur haec respondenda sibi necesse esse existimat. —. —. Secundo. Et quidem quod melioration[em] reditum attinet, libentissime hac opera supersedere velle Serenissimum Borussiae Regem. Cum vero ratione Summae Capitalis 300,000. Thalerorum ad minimum ex mora usuras sibi convenire aequum censeat, hae autem ex usufructu atque paucissimis reditibus Territorij insufficientibus haud eveniant, omnibus facile apertum est in evidentem cedere utilitatem Reipublicae si reditus Territorij ad coaequationem usurae Summae dictae Capitalis adaugeantur, cum alias illae quae deessent, oneri Reipublicae relinquere necessum foret. Nec, —„ Tertio. Statio militum Serenissimi Borussiae Regis in Territorio Elbingensi pro contraventione Tractatus Elbingae retraditae haberi posset: cujus §. V. tenore: Ipsi quamdiu Territorium sibi oppignoratum habet, usus fructus solitus ex illo competit; cumque is in verbis modo citati Tractatus ad mera emolumenta neutiquam restrictus sit quae in utilitatem Magistratus hucusque cesserunt, sed de usu illo intelligi debeat qui Reipublicae respectu Territorij convenit et ad jus praesidij merito extendendus est; nullum est dubium,

Serme

Serenissimum Borussiae Regem in Territorium quamdiu non reluatur Milite = Duum Stationarium jure immittere posse: praesertim cum tali moderatione et ordine id efficiatur ut nemini conquerendi locus sit aut occasio, quod tempore Stationis Copiarum polonicarum minime evitare potuit —. —. Eodem ferme nititur fundamento. Quarto. Gravamen ratione Curruum et Equorum qui quandoque Officialibus Serenissimi Borussiae Regis Literas liberi Transitus eum in finem exhibentibus conceduntur. Ejusmodi Vecturarum prestatio commoditas dicenda est, quae procul dubio Sermo poloniarum Regi vel Inclytae Reipublicae vel demum Magistratui consequenter Serenissimo Borussiae Regi competit quamdiu oppignoratio non cessat. —. —. Quinto. Idem de capitatione dicendum esset quam Sermus Borussiae Rex, eodem quo in Prussia polonica colligitur modo, ex supra memorato principio instar coeterorum emolumentorum exigere posset; vitio vertendum est Magistratui, quod Intermissionem ejusmodi Exactionis pro beneficio non reputet, ad quam nulla alia ratione inducitur Sermus Borussiae Rex quam ut pauperum colonorum per frequentissimas inundationes desolatorum miseratur, atque vicem Illorum doleat. — " Sexto. Per censum adauctum passui Lanionum iterum manifesta intenditur Reipublicae Utilitas: quantum enim Serenissimae Regiae Majestati Borussiae per hanc melioration accrescit, tantum decrescit usuris Summae Capitalis 300,000. Thalerorum deficiente Territorio ab Inclyta Republica solvendis. —. — Septimo. Quod querelas circa violentas hominum adductiones atque ad militiam suscipiendam coactiones concernit plerarumque earum vel penitus fictae vel falso nituntur fundamento! In coeteris, representatione a Nobis Domino nostro Clementissimo facta severissima fiet animadversio cujus effectum conquerentes sentient, si gravamina Sua Officialibus Srmi Borussiae Regis atque Praefectis Regiminum deferre voluerint. —. — Octavo. Ad gravamen Exactionis Stromgeli dictae tam saepius iteratis vicibus tanta soliditate responsum est ut mirandum sit cur Inclyta Respublica hanc quaestionem recoquere in animum sibi induxerit! Omnia enim in finem Edita Scripta evidentissime testantur Exactionem Illam Summo Jure Sermo Borussiae Regi propter rumationem s: uti terminus est:/ aquarum et Sumptus ad id necessarios competere: nec ullo Jure Elbingenses Isti sese subtrahere posse; cum eorum hac in re eadem sit conditio ac coeterorum Mercaturam tractantium; quamquam ad certum tempus ex Speciali gratia Serenissimi Borussiae Regis ab eadem solvenda Liberati atque exempti fuerint: quod vero nullum Jus vel Privilegium intuitu Illorum involvere potest. — " — Nono. In puncto Liberi Transitus Salis Hallensis per Territorium

Elbing.

—·— =Elbingense et Lacum Drausen, hucusque tam variae aequitati et justitiae innitentes repraesentationes a Sermo Borussiae Rege factae sunt, ut comprehendi nequeat quo pacto vel fato ille in futurum denegari possit! Spem igitur fovet Dñus noster Clmtmus fore ut tandem rationem habitura sit hujus praetensionis Inclyta Respublica; inprimis autem ad Literas Serñmi Regis ad Sm Regiam Mjtem Poloniae d. 22. Augusti a. currenti scriptas benigniorem Resolutionem datura. —·

Decimo. Quod ultimo loco usuram respicit Summae Capitalis quam Serenissimi Borussiae Regis Dominus Parens gloriosissimae memoriae in extrema Civitatis Elbingensis necessitate Magistratui mutuo dedit, exiguae certe gratitudinis Signum est, quod Civitas inter caetera gravamina in solidis fundamentis apud Serenissimum Poloniae Regem contra Dñum nrum Clmtmum prolata ratione usurarum quas jure Summo poscere potest rixas adhuc movere interdat! Superat ergo Srñmus Borussiae Rex Sacram Regiam Majestatem Poloniae pro nota Ejus Animi Magnitudine et in justitiam Propensione, respectu Considerationis maximae quam Serñmus Borussiae Rex pro Intercessionibus Ejusdem semper testatus est, hoc in casu Easdem non amplius Elbingensibus impertituram; sed potius ad praestationem debiti istius rite constituti serio Magistratum admonituram. — Ratione gravaminum in nuperrima Conferentia occasione Provinciarum Leobur= gensis et Bythoviae ut et Starostiae Drahimensis contra Dñum Nrum Clmtmum prolatarum, adaequata Responsa et Resulotiones Dubiorum sub Nris 1o et 2do hic adjecta sunt: e quibus clarissime patebit, nullas ibidem factas esse innovationes pactis Conventis contrarias, ut ita nullum eorum Punctorum indecisum relinquatur quae ante biennium in congressu habito resolvenda atque explicanda data sunt, nisi forsan quod attinet Controversiam circa interruptum commercium Civitatis Kowno, ad quas dirimendas Inclyta Respublica Serenum Borussiae Regem paratissimum semper habebit dummodo media convenientia ad id suppeditentur, quae nonnisi in Communi ab utraque parte instituenda Commissione uti videtur consistere possunt. Quam primum itaque Inclyta Respublica e re esse ducet ejusmodi Commissionem constituere, Remonstrationibus nostris apud Dñum Nrum Clmtmum efficere posse confidimus ut ne minima quidem difficultas interponatur. —·—

=Quod Superest, cum haec Scripta, nostra Declaratione, cunctis gravaminibus ab Inclyta Republica ante biennium expositis, nos obviam ivisse atque penitus satisfecisse credimus, spemque certam fovemus ulteriores difficultates Inclytam Rempublicam non amplius interposituram, ita confidimus de plenaria Satisfactione desideriorum Nostrorum in Ultima Conferentia prolatorum ab Inclyta Republica non

ampli=

amplius deneganda!

In Specie demuo Instantias agimus, ut: =

1.) Serenissimo Borussiae Regi Liber transitus Salis Hallensis per Elbingam et Lacum Drausen s: ut jam supra memoratum:/ contra fas et aequitatem in posterum non recusetur. —. 2o/ Ut adaucta vel noviter inventa Thelonia Regni poloniae vel Magni D. Lithe aboleantur, de quibus praesertim Mercatores Neidenburgenses conquesti sunt, quemadmodum Exclmo Dño Thesaurario non ignotum, ad Quem Literae Regiminis Regiomontani imo Ipsius Serñmi Bor. Regis eam ob causam missae Responsionem aliquam quanquam seriorem expectant. - Petimus, —„ 3o/ Ab Inclyta Republica, ut è prussia anfugientes Subditi glebae Addictitij retradantur: quorum centum et tria capita unicum Comitem de Finck deserentia in Dioecesi plocensi, frustra eam ob rem factis reclamationibus Domicilium Suum invenerunt. Et, —„ — 4o/ Ut Promontorium Montaviense quam citissime reparetur cujus neglecta aggeratio quotannis fere Insulis atque depressionibus Agris irreparabile Damnum infert, inprimis vero reditus Territorij Elbingensis evidenter diminuit. —. — 5o/ Justitiam imploramus Reipublicae nomine Serñmae Marchionissae Brandeburgicae et Ducissae Saxo-Meinungensis, ratione praetensionum Suarum Curlandicarum tot nunc annorum serie irrito conamine factarum. —. — 6o/ Hisce renovamus quoque praetensiones praegrandes Serñmi Borussiae Regis in Bona Radziviliana vel Neoburgica; quarum rationem tandem aliquando Inclyta Dignetur habere Respublica. —. — 7o/ Instantias agimus apud Inclytam Rempublicam occasione Commissariorum denominandorum pacis et Justitiae Studiosorum qui in communi commissione nobiscum habenda limites utriusque Regni constituant, taligue modo mala in posterum avertant hucusque frequentia ac collimitaneis Incolis maxime praejudiciosa quorum Specificationem ob eorum aburdantiam hic addere impossibile ratum est, facile autem eveniet si commissio tantummodo rite prius ordinata sit atque instituta. —„ — 8o/ Urgemus Universale mandatum omnibus Capitaneatibus insinuandum eoque serio injungendum ut contra praxim et consuetudinem hucusque usitatam in posterum Justitiam non denegent Subditis Serñmi Borussiae Regis de Excessibus et Criminibus perpetratis querelas suas exponentibus. —. — 9o/ Causam extraditionis mutuae Militum Castra deserentium vulgo Cartel, iterum Inclytae Reipublicae commendamus; cum ab Illa dependeat Conservatio utriusque Exercitus, nec non multae amoveri possent inconvenientiae utrique Regno maxime praejudiciosae! In Specie, —„ — 10./ Nomine Serenissimi Borussiae Regis praetendimus extraditionem Eorum qui in provinciis nostris Crimina perpatrarunt cum juxta pacta Fidem in Foris delicti semper judicari

debent

—„— . =debent, nullis vero hucusque remonstrationibus obtineri potuerint ut Requisitione Judiciorum decenter facta extraderentur. — . — . 11.) Querelas movemus contra Rdum Episcopum Culmensem, qui propria Authoritate curam Ecclesiae Roslasiensis in provincia Leoburgica sitae, parocho Leoburgensi adimere Illumque iterū Sacerdoti polonico Dzebcensi conferre ausus est. Inclytam rogamus Rempublicam ut in Reverendissimum Episcopum, novitatum causa animādversiones fiant, utque ad revocandum Illum polonicum Sacerdotem adigatur eoque citius quo repulsa lata Sermus Borussiae Rex Illum tanquam intrusum et illegitime vocatum finibus excedere jussurus est. — „ — . 12.) Simili modo non sine Stupore atque animi aegritudine perspeximus terminos exorbitantes et incongruum scribendi modum quibus Castellanus Belscensis in Responsorijs Suis ad Universales Sermi poloniae Regis, Sacrae Regiae Mjstis Borussiae mentionem facit. Petimus ab Inclyta Republica ut Castellanus modo Dictus eam ob causam severius coerceatur atque ejusmodi licentia in posterum reprimatur ne Harmonia publica ob studium privati periclitetur. — . — . 13.) Nomine et Jussu Dñi nri Clmi pro Thorunis et vigore Sententiae nuperrime latae pro oppressa Religione Evangelico-Augustana intercedimus; quemadmodum etiam hoc loco frequentiores aliae nostrae Instantiae repetuntur occasione Ecclesiarum Piascensium et Wengroviensis. Spem fovemus Inclytam Rempcam tandem ad mitiora et Clementiora Consilia per tot Principum Interventiones descensuram: quandoquidem hoc eo magis de Ecclesijs Catholicis in Prussia, quarum ratio eā ob causam in futurum etiam benignior habebitur, demerebuntur Inclytae Reipublicae membra: si interitus Dissidentium in polonia a principibus Interessantibus haud indifferentibus demum adspici potuerit Oculis. — . — . 14.) Cum quoque a longo jam tempore Universa Europa Regiam Dignitatem Domino nostro Clmo non recusaverit, Speramus Inclytam Rempublicam ad Ejus imitationem recognitionem non amplius dilaturam, quae utraque Regna firmiori connexura vinculo, studii vicinitatis proximiori optimam etiam praebebit ansam atque occasionem — „ — . 15.) Coronidis loco adhuc renovamus praetensionem Comitum a Dohna ex Art. 20. pacis Oliviensis atque Inclytam rogamus Rmpcam, ut in Reassumendis s: quod Deus facili Successu evenire permittat:/ proximè Grodnae Comitijs, de modo huic Illustri Domo Satisfaciendi deliberet, ac publice stipulatam indemnisationem expane benemeritorum impertiatur. — . — . De Omnibus hisce atque singulis supra memoratis, aequam nobis ac pactis congruentem ut a magnanimitate Srmi polonorum Regis ita et a Justitia Inclytae Reipublicae et Animo Illustrmorum Dnorum ad presentem Congressu Deputatorum in aequitatem propenso atq; prono nobis promittimus Satisfactionem —.

Quib

Quibus gratias agere maximas nostri esse duximus; quod vobiscum conferre = — · — non tantum dignati sunt, sed et desideria nostra Reipublicae in suis Ordinibus congregatae Universa exponere velint. Laudabilem Excellmorum Virorum pro Bono publico Zelum omnibus modis proficuis Dño vro Clmo deferemus: et quod Superest Omnem adhibebimus curam ut Vicinitatis Cultus utriusque Regni in dies crescat et mutua sine ullo impedimento semper colatur amicitia. Dabantur Varsaviae d. 30. 9bris 1724. — · — · — · — · — · — · — · — · — · —.

= Ea quae a nobis infranominandis Sacrae Regiae Majestatis Borussiae ad Serenissimum poloniarum Regem et Inclytam poloniae Rempublicam Ablegatis Extraordinariis sub da. 30. 9bris Illrmis Dñis Deputatis exposita sunt, sequentia addere e re esse duximus. — · — · — · — · —.

primo. Ut in posterum requisitione facta a nobis, extraditio eorum non amplius recusetur qui e provinciis nostris vel more rebellium vel propter crimina perpetrata aufugientes in hanc Regionem sese receperunt; cujus rei notissimus nuperrime existit casus, tota cohorte Equitum Hungaricorum seditione factâ castra Borussica deserente, et in polonicas usque Ditiones fuga sibi consulente! Ab Inclyta petimus Republica ut Similibus in casibus, Instantiis decenter a Ministris Sermi Borussiae Regis vel aliis Ejusdem officialibus tunc temporis hic praesentibus eam ob rem factis, nulla amplius interponatur difficultas; eo magis quo pactis Velaviensibus conveniens erit; ejusmodi profugarum Restitutio vicinitatis Cultum magis magisque promotura, ac in commodum cessura Josis polonis: quandoquidem homines Eorum vel Subditi vel quibus Res Suas crediderunt flagitia meditantes cum omnibus mercimoniis et navibus ipsis in prussia Asylum quaerere et invenire possent. — · — · Secundo. Petimus ab Inclyta Republica ut locum tenens Colonellus de gesler, ob peractum in Burggravium Talaviensem homicidium dolosum capite plectendus extradatur, tot iteratis vicibus apud Excellmum Supremum Lithuaniae Ducem absque effectu requisitus. Quod Justitiae adeo est conforme ut vel Divina Jura vel humana ejusmodi homicidium non sinant esse inultum, ac sanguis innocenter effusus vindictam Coelestem necessario excitare debeat. — · — · Cum etiam Tertio. Nuperrime prope Bronsbergam Varmiae Urbem in Cauponam Einsiedel dictam violenta a Civibus Bronsbergensibus facta sit irruptio ac varii excessus in Caponem Josum ac Domum Ejus commissi, uti adjacens relatio pluribus edocebit, Satisfactionem petimus a Sacra Regia Mjte et Inclyta poloniae Republica Justitiae ac Aequitati convenientem — · Dabant. Varsav. 2. Xbris 1724.

252.) Responsa Polonorum ad praetensiones Ablegatorum Borussiae Regis — · — · —.

Sacra

—"—· = Sacra Regia Majestas Dnūs Nr. Clmus omnesque Status et Ordines Regni, per nos Deputatos ex Comitiis Generalibus novissime celebratis ad praesentem Conferentiam designatos, quatenus praecisas et ultimas Suas Mensuras accipere possint ab Illustrissimis Dominationibus Vestris ad puncta gravaminum, injuriarum ac praejudiciorum contra Stipulata anteriorum Tractatuum illatorum toties representata nunquam tamen exaudita, multominus pro Justitia accomodata, ne ob defectum administrationis Ejusdem ansa Represaliorum suboriatur, directam et Lathegoricam eo certius expectabat responsionem quo magis Literae de data Berolini die 22. Augusti A: 1724. foederatam Serenissim. Aul. Berolin. amicitiam in Sacram Regiam Mjtem Dnūm Nrūm Clmum ac Rempublicam Singularibus expressionibus depraedicantes eandem appromittebant, tantum vero abest ut apromissis hisce Illud respondeat Scriptum, quod Illmae Dnōnes Vrae tum ad puncta d. 9. Xbris A: 1722. per Sacrae Regiae Mjtis Dnī nrī Clmi Deputatos Jisdem exposita tum aliquorum putativorum gravaminum causà sub data Varsaviae 30. gbris Anno 1724. nobis die 1. Xbris Anni ejusdem insinuarunt, ut potius contra omnia Jura quotidianamque praxim supponatur. —" —· primo. Quod Ecclesia Lisnoviensis ideo Romano-Catholicis non restituenda sit quia Eadem tempore Tractatuum Velaviensium in Augustanae Confessioni addictorum fuerit potestate! Siquidem omnia tam naturae gentiu quam civilia volunt Jura ut Spoliatus ante omnia sit restituendus, ac per consequens Eadem Lisnoviensis Ecclesia Romano-Catholicis nuper violenter adempta, ante omnia restituenda est. —· —· Secundo. Usuras de 300. millium Falerorum Stipulatas esse nec in Bidgostiensibus ac Velaviensibus, nec in Ipso retraditae Elbingae Tractatu, vel unico legitur verbo. Et quomodo usurae de Jisdem etiam Stipulari potuerunt? ex quo illa ipsa 300. milliū Falerorum pretensio non ex mutuo aliquo sed ex mera, ob praestanda et non praestita contra Suecos tunc temporis Subsidia, promissa gratitudine provenit, de quali praetensione quod nullae peti possint usurae neminem latere potest, maxime dum quotidiana omnium pro Auxiliatricibus copijs Summas exolventium Potentatum exempla contrarium solidissime attestantur. Accedit quod in Consilio Varsaviensi Anno 1699. omnibus usurarum pretensionibus per Serenissimae Aulae Berolinensis plenipotentiarios expresse renunciatum, inque hujus renuntiationis fundamento potissimum Tractatus retraditae Elbingae initus sit, ibidemque praeter Clenodia Regni in pignus data in casum non exolutionis constituto tempore Summae 300. mill. ~~florenorum~~ Falerorum m. Solitus ususfructus Territorii Elbingensis tantum concessus, nullatenus vero usurae stipulatae, minus Supplementum usurarum, in quantum scilicet m. solius Territorij Elbingensis ususfructus iisdem non sufficeret

apponz.

appromiſsum legitur. Id porro etiam exinde patet, quod ibidem neque de — . . — Usurarum numero quot nempe pro centum solvi debeat quidquam dispositum sit: nec est quod usurae ex mora praetendi possint, ex quo in casum non subsecutae exolutionis 300. millium Talerorum m. Solitus Territorij Elbingensis ususfructus solummodo concessus, sed insuper expresse praecautum est, ut quam primum Summa 300. mil. Tal. exoluta fuerit, tam dictum Territorium integrum quam Clenodia Regni statim etc m. - nullam humanitus excogitandam initiendo difficultatem inviolabiliter restitui et reddi debeant ad manus ad id a Republica Deputatorum. Facetur quod nullus Serenissimorum Paciscentium calculum percipiendi ususfructus Territorij sciverit, atque ita multominus adplane incertam usurarum restantium Summam Rempublicam obligare, vel in quantum ususfructus usurarum Summam superasset illud ipsum superfluum tam simpliciter, nihil scilicet in ejusmodi casum desuper dispositio negligere potuerit. Quae praemissa quo omni exceptione majora sunt, eo firmius insuper ostendunt, quandoquidem ususfructus Territorij Elbingensis solitus, uti Illrmae Dnotnes Vre cl.mo 2. sui Scripti Ipsimet fatentur, solummodo ob defectum usurarum augeatur quod Auctio eadem contra Pacta instituta ac ea propter omnino negligenda sit. — . — . Tertio. Facultatem usumfructum Territorij Elbingensis solitum percipiendi in Articulo 5.o Tractatus retraditae Elbingae concessam esse haud negatur: eandem vero facultatem ad Stationem Militis extendere clarissima ejusdem Articuli 5.i verba prohibent expresse precaventia ut illud Territorium m. sine quavis innovatione aut quocunque colore, Fortalitii extructione, verum in statu in quo, tandiu tantum possidere debeat. Stationem vero militis in Territorio Elbingensi patronymico novum quid esse! eo certius est quo magis indebite supponitur quod Reipublicae is in Territorio illo conveniat usus ut milites eidem imponere possit. Siquidem patronymicum Elbingense Territorium ab omni militis Statione liberrimum est ita ut ne quidem poenam hyemalem pro Reipublicae milite solvere teneatur. Ecquis igitur non apertissime videt Stationem Equitatus Brandeburgici ad 40. mil. imo 50. millia florenorum plus minus colono Elbingensi quotannis constantem, haud, dum contra prefatum retraditae Elbingae Tractatum, Territorio Elbingensi non modo impositam sed hucusque etiam in Summum colonorum exitium continuatam esse? licetsi s: id quod tamen constantissime negatur: / concederetur, quod concessus in dicto Articulo 5.o ususfructus Solitus non de eo tantum intelligendus sit quem Magistratus tantum percipit sed quem Riplica percipere convenit. Quae praemissa insuper apertissime ostendunt, Stationem eandem

nullam

—„— . = nullatenus moderatam esse, minus ordine fieri, quin potius de eadem justissime conqueri ac expostulari deberi ! Ut Equitatus idem exmunc ex saepius nominato Territorio Educatur —. —. Quarto. Eodem vacillanti nititur argumento quando Angariae pro transeuntibus Brandeburgicis a colonis suppeditandae eomet volunt justificari : quod eaedem Sacrae Regiae Mjsti poloniae vel Inclytae Reipublicae vel Magistratui competant. Ex quo nec Sacra Regia Mjstas D. n. Clms nec Respublica a Territorio ab omnibus ejusmodi Oneribus liberrimo ullas pretendit angarias, quinimo nec ulli Magistratus personae easdem aliter quam ad solum Civitatis commodum exigere licitum est. Quàm porro moderate eaedem pro transeuntibus exigantur exinde satis supergue videri est, quod saepius 40. 50. 60. 70. et plures equi cum curribus una vice nec tantum intra Territorij Elbingensis Limites sed haud raro Reysenburgum imo Gedanum usque suppeditandi sint. — „ —Quinto. Quomodo nobis Magistratus, qui ex Officii Sui vinculo omne praejudiciosum ac gravaminosum a Civibus pro omni posse avertere obstrictus est, pro beneficio reputare debeat, quod Eidem interdictum sit Capitationem s: que pro praestanda militi Reipublicae punctuali exolutione intuitu Territorij ad ejusmodi contributionem obligati major Civitati Elbingensi imposita est quam sine Territorio : s a Colonis levare, nullus sane ab omni partium studio liber ullomodo comprehendere valet: dum idem Jnterdictum Colonos a Capitatione liberando Cives quoque eam contributionis partem solvere cogit quam Colonus praestare obstrictus est. Verum equidè est, Colonorum pauperum ac per frequentes inundationes desolatorum miserendum esse; ast nec etiam negandum est Cives Elbingenses aeque miseros imo pauperiores esse, qui rebus Civitatis sic existentibus, usufructu Territorij adempto, praeter Capitationē illam, sumptus etiam Civitatis publicos jam ferre tenentur, ac eos itague nullo sub miserationis colore ad Colonorum debitum solviendum juste adstringendos esse, idque eo minus quo apertius constat, quod Colonum Elbingensem non tam inundationes quam Ratio militis Brandeburgici et imprimis Equitatus jam ibidem subsistentis ad tantas quas jam extremas patitur incitas redegerit ! Cui accidit, quod praefatum interdictum in apertissimam Supremi Dominii Sacrae Regiae Mjstis D. n. Clmtmi in Territorium Elbingense competentis vergat infractionem : hincque tum hac tum anterioribus ex causis idem Jnterdictum tollendum; Magistratuique Elbingensi ut Capitationem a Colonis levare possit exmunc concedendum est. — „ —. Sexto. non solum pascuorum Lanionum, sed et omnium aliorum pratorum quae per Licitationes mediante publicatione plus Licitanti ad arendam extradita sunt, adauctus census innovationem Tractatui retraditae Elbingae WB. Solitum usumfructum unice concedenti, contrariam oculariter ostendit. Adauctum hunc censum in utilitatem

Reip.

Reipublicae cedere tam absonum quam superius jam ad oculum demonstratum est Rempublicam ad usuras pretensas minime teneri. — „ — Septimo. Quo frequentiora a militibus Brandeburgicis per violentissimas hominum abductiones de die in diem exercentur plagia; imo quo frequentiores etiam tam a Sacra Reg. Mjte Dño Vrio Clmo ad Serenissimam Aulam Berolinensem quam a plurimis Regni poloniae proceribus ad Officiales Brandeburgicos hominum preprimis 16. una nocte ex Territorio Elbingensi anno 1618. nec non ex Episcopatu Varmiensi, ex palatinatu Masoviae, Terra Ciechanoviensi, ex Terra Nurensi ejusdem Palatinatus, uti in seorsivo Regestro annotantur, tum ex aliis Palatinatibus, Terris et Districtibus quorum specificatio suo tempore porrigetur, novissime nonnullorum ita abductorum gratia datae sunt Literae, Ipsisque Dnonibus Vris factae sunt representationes; ac insuper quo apertius est, quod Edictis Serme Aulae Berolinensis violentas militum Conscriptiones per Typum prohibentibus non obstantibus, homines nihilominus violentissime ad militiam et quidam impune rapiantur nec retradantur, quamvis in fundamento modo allegatorum Edictorum non solum ad Officiales Brandeburgicos sed ad Ipsam Serm Aulam Berolinensem recursus exnunc facti sint; eo insuperatius accidit quod Illme Dnes Vre violentas illas hominum abductiones non solum fictas sed insuper falso niti fundamento dicere potuerint. Quae profecto satis declarant, quam justissima Sacrae Regiae Majestatis et Reipublicae sit causa adaequatiora adhibendi media, ad violentissimas istas hominum explagiationes sistendas quam post explagiationes factas easdem ad Officiales Brandeburgicos solummodo deferre. — . — Octavo. Exactionem Strömgeld non ad rumationem Aquarum, s: utpote quae in flumine Pregel a natura profundissimo non modo superflua esset, verum neque ab hominum memoria factum esse constat :s, sed ne per diverticula thelonium maritimum pillaviense defraudetur, a Divo Vladislao IV. Poloniarum Rege et quidem sub expressis conditionibus, (: 1. :) ut ab Jis mb. duntaxat mercibus quae per Haabum vel ex Lithuania Gedanum devehuntur, vel Mari invectae Gedano Regiomontum mittuntur, atque sic ne utiquam ab Elbingensibus exigatur, (: 2. :) ne diutius quam ad 1645. annum inclusive, uti Articuli 2ns et 6tus Transactionis de Anno 1642. expresse praecavent, continuetur. Serenissimo Electori Brandeburgico Friderico Vilhelmo primum concessam esse ipsissima articulorum supra allegatorum Transactionis de Anno 1642. sole meridiano clarius probant verba. Quae insimul solidissime evincunt conditionem Elbingensium nullatenus eandem cum coeterorum esse mercantium, Elbingensesque ab Eade Strömgeld exactione minime ex Speciali Srme Aulae Berolinensis gratia, sed vi

Allegata

—"—. =allegatae de Anno 1642. Transactionis usque ad Annum 1716. liberos fuisse: imo ab eadem quo modo dicto Anno ab Elbingensibus exigi coepta est Strömgeld nec non aucti Pillaviensis Thelonei contra expressa Articuli 2di Grodnensium de Anno 1639. Pactorum verba, a mercibus per Elbingam intra vel extra Regnum vehendis, hucusque itidem recepti, ulteriori exactione non tantum de Jure liberandos sed insuper ab Exactione Stromgeld nec non aucti Pilaviensis Thelonij post annum 1645. pro termino Eidem prefixum quam longissime jam exspiratum plane desistendum esse. —. NONO. Affectatum Salis Hallensis transitum per Territorium Elbingense et Lacum Drausen apertissime omnibus, quotquot inter Srmos poloniarum Reges Remque Publicam ac Crucigeros horumque Srmos Successores Duces Prussiae commerciorum causae intercessere, pactis contrariari ad oculum demonstrat Responsio ad ulteriorem sic dictam Deductionem, a parte Serme Regiae Mjstis Dni pii Clmi ac Reipublicae Typis anno Currenti expressa Illmis Dnonibus Vris nunc tradenda, ad quam brevitatis ergo Sacra Regia Majestas D. n. Clms ac Respublica se refert, a Justitiam amante, inque Suis Literis novissimis de Data 22. Aug. Anni 1724. de Singulari in Sac. Regiam Mtem D. n. Clmum ac Rempublicam polonam amicitia maximopere deprædicato Serme Aulae Berolinensis pectore adhuc dum sibi firmiter promittentes fore ut praefata ad ulteriorem deductionem responsione absque partium Studio penitius perspecta, ab isto Salis Hallensis transitu contra Pacta et usum affectato desistat. —. —. Decimo. Supplicationis Elbingensis Justitia et aequitas, ut Usurae mutui ad contributionem pro Territorio Brandeburgicis militibus occupato solvendam Anno 1704. accepti post decursum octo annorum ad idem reluendum Stipulatorum non modo sistantur, sed Civitati etiam concedatur Summam Capitalem a Colonis pro quibus ea necessario solvenda fuit, repetere inrituntur; tum Conventioni inter Srnmam Aulam Berolinensem et praefatam Civitatem de Anno 1704. expressis verbis: Summam Capitalem a Colonis repetere Civitati liberum esse debere, praecavienti; tum Assecurationi ad Civitatis Manifestationem, ne repetitio ista Sibi denegata Civitati imposterum praejudiciosa minus damnosa esse debeat, per Generosum Consiliarium Braun desuper iteratis vicibus Civitati datae: quapropter Sac. Regia Majestas Dnus Nr Clmus ac Respublica afflictissimae Civitati repetitis suis Instantialibus etiam nunc succurrendum duxit, ut Statui Civitatis deploratissimo compatiendo Supplicationi Ejusdem ita suffultae tandem annuatur. —. —. Undecimo. Quae ad gravamina intuitu Districtuum Leoburgij et Bitovijae ut et Starostiae Drahimensis in nuperrima Conferentia Illmis Dnonibus Vstris

insine

insinuata Eisdem respondere visum est: illa ipsa altioris sunt indaginis, = —.. — prolixioremque requirunt deductionem; Quamobrem ad prolata Illrmarum Dominum Vestrarum suo tempore respondendi jus sibi salvum reservant. —. —.

= Quae praemissa, quo evidentius omnium die 9. Xbris Anno 1722. Illmis Dominationibus Vris expositorum Sacrae Regiae Majestatis D. N. Clmi ac Reipblicae desideriorum evincunt Justitiam; eo justius non modo eorundem sed etiam sequentium salvo addendi jure etiamnum aperiendorum efficacem ac indilatam exigunt requiruntque satisfactionem: = —. —. —. —.

1mo) Ut propugnaculum Bolwerk-schantz in alta pace qua nihil hostilitatis timendum fuit contra foederatam amicitiam imo contra aperta pacta ante aliquot menses occupatum exnunc deoccupetur, nec non Domus vigiliarum in suburbio Elbingensi contra tractatum retraditae Elbingae Militibus Brandeburgicis insessa evacuetur. —.. —. 2do) Sal transmarinus Elbingam devehendus nullatenus, uti militari manu attentatum est, in posterum impediatur; quin potius abhinc liberrime uti antea transmittatur. —.. —. 3tio) Ut Orientalibus Prussis Lacui Drausen adhabitantibus praeprimis Althoffiensibus et Kielboriensibus severe inhibeatur, ne piscationem in lacu prefato contra expressa Pacta privative usurpent; minus Arentatorem ejusdem lacus sub vano praetextu ac si anterior Arendator certam illa lacus partem ab herbis non purgasset, juratorijs etiam documentis facillime annihilando a purgatione herbarum ac piscatione certae istius lacus partis coerceant, neque Insulas ejusdem vi arripiant vel suae adjungant terrae. —.. — .. 4to) Ne Pistoribus Elbingensibus contra nundinales immunitates antiquissimis temporibus usitatas in Preusch-hollendensibus, Libstaddiensibus, Milchusianis nundinis aliarumque Orientalis Prussiae Civitatum suos vendere prohibeatur panes —. —. 5tio) Tu powtarzaią co na Karcie 338 w pułcie decimo sexto napisano —. —. 6to) Non solum continuae querelae quae de damnis injuriisque ex Bonis Sawrogi in Ducatu Samogitiae sitis Generosis Odachowski Dapifero Samogitiae ac Druszlowiszki proximis eorum Bonorum vicinis in specie per disjectionem scopulorum, excisionem arborum granitialium, subditorumque transfugorum detentionem, illatis, ad Serñmam Regiam Majestatem Dñum Nrum Clmum indefesse deferuntur, exigunt requiruntque indilatam satisfactionem: sed quoniã Successores Gñsi olim Domaradzki conqueruntur, quod Generosus Stankiewicz notarius Magni Duc. Litt.e Jus suum putativum in praefata Bona Sawrogi in maximum praejudicium eorundem Legitimorum Successorum Gñsi olim Domaradzki contra expressa ex seriis partium Controversijs in Tribunali M. D. Litt.e lata

Decret-

—„— =Decreta in alios transfuderit; ideo Justitiae Suum cuique tribuentis esse videtur ut eadem Bona legitimis Supradenominatis Haeredibus et Successoribus restituantur. —. —. 7mo) Tu się powtarza słowo w słowo to samo co wyżey na stronicy 339. in puncto duodevigesimo napisano. —. —. 8vo) Tu się także słowo w słowo powtarza co wyżey na teyże 339. stronicy in puncto undevigesimo napisano. —„—. 9no) Praetensioni justae Gnši Bogdański Incolae Lomżensis ad Capitaneatu Culaviensem respectu dejectionis ex eodem Capitaneatu Matris Suae legitimae post avum Suum Successtricis, ut satisfiat; tum quoque portio Culmensis post mortem Uxoris ejusdem Gnši Bogdanski Eidem competens hucusque vero modo indebito denegata, Eidem extrădi demandetur; nec non Liquidum debitum Gnši Ludovici Sierocki ex Captivitate Moscovitica reducis pro Canabi Regiomonti detentum notabilem Summam efficiens Eidem proprietario Domino restituatur. —„—.— 10mo) Ne Patres Soc. Jesu in possessione Ecclesiae Lindensis in qua ab Annis 70. et plus pacifice fuerunt sub praetextu vano pretensionum Dominorum de Gröben per Decretum Commissoriale inturbentur. Tum Limites Haffi in Varmia sacrosancte observentur, ita ut communes Aquae communi commodo et propriae proprio serviant; neve piscatores Brandeburgici utantur retibus vulgo Keitel nuncupatis quae etiam semina piscium extrahunt. —. —. —. —. ~. ~. —. —. ~. ~. —.

=Ad puncta vero ab Illustrissimis Dominationibus Vestris sub dato 30. 9bris 1724. insinuata quod attinet, et quidem: =

1mo) De libero Salis Hallensis transitu jam superius Responsum sufficientissimeque deductum est eundem contra clarissima affectari pacta: eaque propter nihil justius esse quam ut ab affectatione hac tam praejudiciosissima ac maxime damnosa desistatur. —. —. 2do) In Regno Poloniae vel Magno D. L. Thelonia, praeter Stae Regiae Mjsti et Reipublicae hoc in passu competentia jura, adaucta vel noviter inventa esse, Sm Regiam Mjtem ac Rempublicam latet: eaque de causa eo firmius suspicatur de eisdem a Mercatoribus Neydenburgensibus injuste conquestum esse multoque justius a Republica conquerendum esse, quod ad quasvis Civitatum Prussiae Orientalis portas ac repagula vulgo Schlagbaume contra apertissima Pacta nova Thelonia instituere prohibentia sub variis nominibus in summum Incolarum Regni Poloniae Eique incorporatarum Provinciarum praejudicium, nova non solum exigantur Thelonia, sed ad justissimas desuper jam factas remonstrationes necdum ab Isdem sistatur. —. —. 3tio) Quod Subditi ex Prussia Orientali aufugientes ad debitam requisitionem retradantur, tot tam antiquissima quam recentia attestantur exempla, quot ejusmodi aufugientes Subditos ex Civitatibus Occidentalis Prussiae nunquam non extra-

ditos

extraditos esse Sacra Regia Mjtas D. N. Clmus ac Respublica pro certo nôrunt. —. — Idcirco haud aliter sibi persuadentes, quam quod Comes de Zing jus suum eos reclamandi, qui Eundem deseruisse nec ad Ejusdem reclamationes e Dioecesi Plocensi retradiri esse dicuntur, haud sufficienter deducere ac probare potuerit: quinimo nobilium et Incolarum polonorum ac Lithuanorum querelae, quod Subditi ac homines Eorum in prussiam Orientalem confugientes nec ij qui Ipsis modis violentissimis abrepti sût ad frequentes reclamationes Suas non extradantur, incomparabiliter multo justiores sint. —" —. 4°) Reparatio Promontorij Montaviensis Sacrae Regiae Majestatis ac Reipublicae curae cordique, eaque promovenda in Instructione novissimorum Comitiorum Statibus et Ordinibus jam recommendata est. —. — 5°) Quando Causae praetensionum Serme Marchionissae Brandeburgicae et Ducissae Saxomeynungensis in Judiciis Sacrae Regiae Mjstis D. n. Clmi ad quae spectant acclamabuntur et ventilabuntur, pro Justitia decernere S. R. Mjstas D. N. C. non intermittet. —. —. 6°) Quod praetensiones Sermae Aulae Berolinensis ad Bona Radziviliana vel sic dicta neoburgica concernit, Sacra Regia Mjtas Dnus Nr. Clmus ad Responsum hoc in negotio die 19. Aprilis anno presenti datum se refert. —. —. 7°) Ad quasvis Collimitaneorum Incolarum ex parte Sermae Aulae Berolinensis remonstratas querimonias non intermisit Sacra Regia Mjstas Dnus Noster Clmus Literas Suas ad Capitaneos pro administranda Justitia opportuna providere remedia; et ad denominandos Comissarios pro inquirendis constituendisque communibus Limitibus Sacra Regia Mjstas Dnus noster Clmus omnem declarat facilitatem; modo intercedentes aliae notoriae differentiae per propositum toties et insinuatum Tractatum assopiantur, ad quem ineundû et concludendum S. Regia Mjstas Dnus Nr Clmus et Respublica semper propensum Suum demonstravit animum —. —. 8°) Justitiam cuiquam eandem debite petenti a quopiam in aliquo Capitaneatu denegatamque esse, ad Sacram Regiam Majestatem Dnum Nrum Clmum hucusque a nemine quidquam delatum est. Quodsi vero cuiquam id ipsum acciderit, Is eundem qui administrationem Justitiae Ipsi denegabit nominetenus indicat: sic eundem desuper ut convenit admonere Sac. Reg. Mjstas Dnus Nr Clmus nunquam omittet. —. —. 9°) Causa extraditionis mutuae Militum castra deserentium vulgo Chartel ad Omnes Spectat Reipublicae Ordines: hinc Ea usque ad reassumptionem Comitiorum suspendenda est. —" —. 10.) Hoc punctum specialiorem requirit explicationem. —. —. 11.°) Quae Illrmo ac Rndssmo Episcopo Culmensi imputantur, ab iisdem Idem tam liber quam notissimum est ut Ecclesia Roxlazinensis non ad Culmensem sed Vladislaviensem spectat Dioecesim! Sed aeque etiam minus Illrmum et Revrdmum loci Ordinarium Epum Vladislaviensem

—"— " =viensem imputata illa tangunt; Qui tam in Ecclesiasticis quam Civilibus ab aequitate et Justitia omnibus maxime notus Senator nullatenus jure pretendendi, quo Serma Aula Berolinensis ad praefatae Ecclesiae Beneficia gaudet, contravenire in animo habuit dum Episcopali Suae Jurisdictioni in Eadem Ecclesia Eidem plenarie competenti satisfaciendo animadvertenda corrigere progue Parochianorum commoditate et cura Administrationem Sacrorum in saepius dicta Ecclesia Rndo Dzebcensi ad breve tempus demandare censuit donec idoneus presentaretur. — Quae quo apertius ab Illmo et Rndmo Episcopo imputata removent eo magis aculeatum arguunt Stylum quo Illmae Dnes Vrae putativa Illa imputata retulerunt, insimulque a Sma Aula Berolinensi ab ejusmodi abhorrenti spem faciunt inhibitatam fore ut Differentiarum Seminatoribus minus facilis imposterum prebeatur auris, omnisque Jurisdictio Episcopo competens pergue Pacta Eidem conservata haud interturbetur: major enim ab Illmis Dnobus Vris Senatoris Regni expectabatur consideratio. — 12°) Prout et alterius Senatoris Illrmi Castellani Belziensis: non enim est ignotum Illmis Dnibus Vris a longo tempore et maxime sub Dno olim Magni Principis Friderici guilhelmi Aulam Berolinensem habuisse particularem aestimationem Dignitatis Senatoriae: et Illrmae Dnones Vrae non debebant hoc exaggerare incontinenti et contra ut supponitur Principalis Vestri mentem stylo contenta Literarum quas Idem Illustrissimus Dnus Castellanus S. R. Mjsti scripsit: quoniam in nostro Regno unicuique sentire, dicere et scribere que vult est liberum. —"— 13°) Horret animus memorare ea Crimina quae Dissidentes Thorunij contra Deu, honorem Deiparae et Sanctos Religionemque Catholicam attentarunt: pro quibus majores quam decretae sunt poenas jure merito promeruerunt. Neque est occasio querelandi de ac si oppressa Religione Augustana, quia Ejus Exercitium Sententia judicii Regii non est Ipsis interdictum, et omne id quod in eadem Sententia continetur jus et justitia dictavit. pro apertione autem Ecclesiarum Wegroviensis et Piascensis dantur Literae ad Illrmos loci Ordinarios quibus Dissidentes occasionem dederunt quod ad ejusmodi occlusionem processerunt. Et si tam quiete Dissidentes in Dominiis Reipublicae uti Catholici in Prussia vigore Pactorum manentes vivent, benignam semper Sui Tolerantiam in Regno habebunt. —"— 14°) Desiderium Sermae Aulae Berolinensis ratione Tituli Regii Statibus et Ordinibus Regni in novissimis Comitiis jam propositum est: qui postquam clarius informati fuerint quibus conditionibus Idem Titulus a Republica petatur in futura Reassumptione Comitiorum resolvere poterint. —·—· 15°) Praetensionem Comitis a Dona ex Art. 20. pacis Olivensis cujus Coronidis loco mentio facta est; Sacra Regia Majestas Dominus noster Clmus in reassumendis Comitiis Statibus et Ordinibus quoque proponet. —·~·—·~·—·~·—·

Quae

=Quae omnia sincere Sacrae Regiae Majestatis Dñi nri Clmi ac Reipu= — „ — .
blicae in Serñmam Aulam Berolinensem documenta satis supergue ostendunt; insi=
mulque Sacrae Regiae Majestati Dño Nro Clmtmo ac Reipublicae a propenso Serñsmae
Aulae Berolinensis ad Instantiam affectu, indubitanter apromittunt fore, ut justis=
sima Sacrae Regiae Mjstis Dñi nri Clmtmi ac Reipublicae superius ad et deducta solidissimis
probationibus confirmata desideria et imprimis ea quorum vel minima mora maxime
periculosa, praejudiciosa et damnosa est, utpote: Ecclesiae Lisnoviensis Romano-Catho=
licis restituendae; propugnaculi Bolwerk-Schantz ac Domus vigiliarum in subur=
bio Elbingensi Milite Brandeburgico insessae evacuandorum; Salis transmarini Elbin=
gam sine omni impeditione invehendi; Capitationis a Colonis Elbingensibus levandae;
Equitatus Brandeburgici ex Territorio Elbingensi educendi; Orientalibus Prussis lacui
Drausen adhabitantibus piscationem privatam contra pacta affectatam interdicendi; et
aliorum supraspecificatorum, ad efficacem ac indilatam ante omnia quantocyus producan=
tur satisfactionem: nec ulla de stringentioribus modis cogitandi Sacrae Regiae Mjti
D. nro Clmo ac Reipublicae relinquatur causa: sicuti eum etiam in finem Illrissmi
ac Excellmi Status Ministri utriusque Gentis cum Illrmo ac Exclmo Mareschalco
Comitiorum super hisce Intervenientiis cum Illrmis Dñonibus Vestris ulterius adhuc
conferent, ad futuram Comitiorum Reassumptionem Sese referentes. — „ Varsaviae die
xx. Decembris Anno 1724. — „ — . ~ . — „ ~ . — „ ~ . — „ ~ .

Finitis Conferentiarum Punctis sequuntur:

253.) Praetensiones Varmienses Terrarumque Ciechanoviensis et Nurensis — — . — .

1mo) Joannes Gierman Subditus Capituli Varmiensis raptus est per milites Brande=
burgicos et ad militiam vi adactus. — „ 2do) Martinus Vonenberg cum Summa vio=
lentia acceptus, verberibus et variis macerationibus ad servitia militaria Brande=
burgica coactus. — „ 3tio) Georgius Osman violenter raptus est per eosdem Milites in
campo colens agrum. — 4to) Joannes Peter Pastor Civitatis Brandeburgensis similiter
violenter raptus est in campo. — . 5to) Albertus famulus Cinirificis aliàs popielnika
nocturno tempore ex villa Kaletka cum invasione et violentia raptus, quem cum
defendere populus voluit graviter a militibus concussus est. — . 6to) Franciscus Böhm
similiter violenter raptus est per eosdem Milites. — „ 7mo) Joannes Henricus Sahl
livis Brandeburgensis vi raptus est, inedia et variis miseriis coactus est ad servitia.
8vo) Antonius Frach Pannifex Bisteinensis in publica via raptus est et ad servitia mili=
taria coactus — . 9no) Similiter factum cum Thoma Welik Subdito Celsmi principis
Varmiensis. — 10mo) Matthiam Kaminski invadendo Domum pastoris Inquilini versus
Fridlandium Reselio, iidem Milites Brandeburgici violenter abduxerunt. — „ 11mo

Gideu

—"—. =Fidem milites in campo pascentem oves famulum Schenavens vi rapuerunt. 12°) Scultetus Solnicensis Jacobus Gerith dolo evocatus per aliquos Commissarios in Barzenz raptus est. — 13°) Joannes Bohm Subditus Varmiensis pergens Wormditt pro persolvenda devotione inter arbusta raptus est violenti manu ac postea variis pollicitationibus nimis stipulatus fuit ut magnae staturae homines indicaret, eosque ex Varmia abduceret. —. 14°) Undecem milites violenti manu aggressi sunt Domunculam Ruhnen seld ubi januam effregerunt, fenestras concussernnt, globulos igneos in stubam immiserunt non sine gravi periculo Incendij cum magna laesione hominum ibidem existentium; ubi etiam Petrus Kuchnapel gravissime vulneratus est ita ut Lazaretum debuerit Deportari —. 15°) Nocturno tempore circa horam duodecimam milites Brandeburgici villam Jagottin invaserunt: qua in villa Domum Jacobi Rohflevien circumdederunt et oppugnarunt, milites bombardas explosernnt igneosque globulos in homines injecerunt. —. 16°) Civitatem Resseliensem milites Brandeburgici summo mane invaserunt, ac fores Civis Martini Klersz effregerunt volentes Studiosum Gieritt rapere quem concitatus famulus in populo liberavit. —. 17°) In suburbio Resseliensi in quadam Domuncula effractis januis et fenestris duos operarios Michaelem Glon et Casimirum Konecki violenter a lecto abduxerunt. — 18°) Scholam Parochialem Resseliensem milites Fidem invaserunt quendam volentes hominem violenter abducere. —. 19°) Ab Fisdem Militibus praedium Episcopale dictum securum non fuit quod invaserant ut quendam hominem raperent. —. 20.) Studiosum Gieritt de quo supra mentio fuit Major Kasow Literis suis minacibus ausus est compellere minando ipsi Ejus parentibus et Civitati Resseliensi infelices exitus. —. 21°) Fidem milites invaserunt Domum Scultheti villae Birgerdoof, ex qua Scultetum una cum famulo suo ligatis manibus abducere studebant: prout de facto Scultetum ex lecto rapuerunt, eumque tum et Uxorem horrende percusserunt; post fugientem uxorem jaculatus est miles unus: qui Scultetus cum se fuga salvavit volendo abducere famulum penes auxilium Joannis Kriger qui cū tribus filiis venit in succursum, Officialis mandavit ad illos explodere bombardas ex quibus unus Filius Joannis Kriger occisus est. —. 22°) Fidem Milites Cives Schultz in suburbio aggressi sunt licet aliquoties frustrati sua Intentione abiverunt, non tantum absque magna laesione, convulnerationibus, concussionibus imo et occisione hominum recesserunt. —. — . — . — . — . — . —

α.) Terrae Ciechanoviensis —.

1°) Andreas Rotarius Subditus Dñi Castellani Czerscensis ex Sarnow modo violento per Milites Brandeburgicos abreptus ac Havam sub Vexillum Capitanei Mulsana abductus, ut ante omnia Domino suo restituatur. —. 2°) non tantum cum violatione

violatione Securitatis publicae sed praejudicio Liberae gentis Statusque = —·· — nobilitaris, captus ac vi acceptus est nobilis Adalbertus Niedziałkowski in publicis nundinis in Dziatow, vir bene possessionatus. —·· 3.) Pari ratione et modo ibidem in sequentibus nundinis vi acceptus est Grosus Zberski nobilis Terrae Ejusdem crudeliter cuneo in os immisso per Majorem Bivill Brandeburgicum tractatus. —·—· 4.) Idem Major Bivil Grosum Wróblewski nobilem Terrae Ejusdem captivavit ac in Servitutem amplectendi per vim servitij militaris adegit—· 5.) Subditi Gsorum Miączynski. Gąsecki, ac aliorum quam plurium nobilium Terrae Ejusdem Prussiã Brandeburgicam profugi, et qui extradi nolunt ut Suis Dominis seorsivo Scripto specificandis restituantur requiritur.—· ~· —· ~· —· ~· —· ~··

3.) Terrae Nurensis.

Ad Connotationem et Remonstrationem praetensionum cum aliis Palatinatibus Terris et Districtibus in immediatis Comitiis porrexit quoque haec sua gravamina per Legatos suos Terrae Nurensis: scilicet, quod gnõus Gregorius Godlewski. Jabłonowski, Łakrzewski, violenti modo rapti ac a Militibus Brandeburgicis ad Servitium militare vi adacti sũt; Ut itaque hi et alii omnes specificati pristinae Libertati ac Statui in quo, restituantur, pari modo requiruntur. —·~·—·~·—·~·—·~·—·~·—·

254.) Puncta Conferentiae adjecta ratione Districtuum Leoburgensis et Bythoviensis atque Capitaneatus Drahymensis ··—·—·—·

Anno Domini 1658. ad Serenissimam Domum Brandeburgicam devenerunt Districtus Leoburgensis et Bythoviensis cum hac cautela ut in Statu quo remanent, et cessante Linea masculina Domus Brandeburgicae ad Rempublicam redirent, ut testantur Pacta Bidgostiensia de Anno 1657. et Constitutione 1658 et 1659. Item Actus traditionis Leoburgi Anno 1658. per Commissarium Regium Joannem Bąkowski Succamerarium tum temporis Culmensem habitae, ubi de indemnitate cujuscunque Status et Dignitatis cautum, ut Eisdem Juribus, privilegiis Bonisque Suis eodem modo ac sub immediato Dominio Regis poloniae usi fuerunt, uterentur fruantur. —·pro tali Jurium et Libertatum in Eisdem Districtibus conservatione, non solum Pactis obligarunt Sese Electores Brandeburgici sed etiam Oblatis Instructionum circa Homagia 1658, 1688.—· Serñmus Fridericus Vilhelmus Coloniae apud Spiram die 20. Julij 1657. talibus verbis: „Similiter Sua Serenitas Electoralis nullo modo vult, quatenus Civitates aut praedia in praedicto Dominio extraordinariis Contributionibus onerentur, praeterquam Eis quae Illis ex laudato quarto competent. Et debebit nobilitas, Civitates et praedia quemadmodum temporibus Reipublicae Polonae unum corpus constituere;" Similiter universalia aut alia solebat firmare. —· Hinc Supplicationi firmissimae

Status

—"— . = Status adhaeserunt per Lauda 1679., 1680., 1682., 1683., 1684., 1686., ut Universa Nobilitas, Civitates, Bonaque alia, ita prout sub Dominio Reipublicae polonae conjuncta erant, inseparabiliter tanquam unum Corpus sub nullitate Contributionis permanerent. — . — . — . ~ . — . ~ . — . ~ . — . ~ .

His non obstantibus nova quaedam Contributio vulgo Accisa introducta per quam: 1°) Civitas absque Consensu Status Equestris, nobilibusque invitis, ab Jpsis separantur; quandoquidem ad Cassam publicam nihil tenetur contribuere quam quod in Comitiolis secundum illarum possibilitatem laudatur. —. 2°) Nunc per istam Accisam ruinantur Civitates et extremum defectum patiuntur: quia ex vicinis graniciebus Poloniae nihil advehunt, et insuper debent sol arare Superintendentes istarum Accisarum. —. 3°) Magistratus Civitatum et Cives graves patiuntur confusiones; et in Juribus Suis impedimenta per Servitores. —. 4°) Tota nobilitas patitur praejudicium quando propter publica negotia conveniunt ad Civitates et secum adferunt victualia, violenter Currruum requisitiones fiunt et Accisam a Victualibus solvere debent. —. —. 5°) Decedit non parva pars Solarij Exactori Contributionu pobory dictarum, cui merito deberet solvere cassa Accisarum —. // — . — . — . —.

α.) Statui Ecclesiastico haec Accisa quoque praejudicat. 1°) In Fundo Ecclesiastico et in eo habitantibus hominibus omnis adempta immunitas et adeo gravantur, ut jam aliqui Catholici coacti sunt migrare ad alias Civitates. —" 2°) Jpsismet Ecclesiasticis nihil licitum invehere in Civitatem, nisi cum praejudiciosa Characteris et personarum revisione. —" 3°) A Segete decimali Accisa solvi debet, unde media vivendi Ecclesiasticis adimuntur. —. 4°) Nec unicum Currum Lignorum ad Civitatem advehere possunt Ecclesiastici absque cedula. —. 5°) Fundum Monasterij et in eo aedificatas Domos violenter ademerunt, pro quibus tamen extat Breve Urbani VIII. de Anno 1639. et Privilegium Sacrae Regiae Majestatis. Item Mandatum Vladislai IV. ad Capitaneum Leoburgensem pro deoccupatione fundi Ejusdem Monasterij de Anno 1640. —"— 6°) Occuparunt sex Mansos Parochiales a quibus solummodo annuatim in recognitionem solvunt florenos duodecim. —. 7°) Non pridem expulso aedituo ex Domo circa Ecclesiam Brzeznensem, eandem Domum violenter occuparunt et occupant —. 8°) non solum in Garcigoi, Roszyc, Bożepol privatas excogitarunt Capellas sed etiam recentissime in Brzezno Ecclesiam extruxerunt. Multa praejudiciosa fiunt Juribus Parochialibus: et quidem Dissidentium Ministri saepe baptisant, copulant, sepeliunt, vi intrando Coemeteria Catholica, sibi pulsando, et minantur etiam Jpsas Ecclesias Catholicis recipere, cum hucusque secundum pacta nihil Dissidentibus licitum erat in ratione Ads ministr.

// 6°) Ab omni re quae ad Civitates adfertur, Accisa exigitur. — . — . — . =

Administrationis Sacramentorum agere sine praevia pro quolibet Actu Licen= —.. —
=tia Parochorum Catholicorum. — Nunc autem etiam in aliis Villis Jstius parochiae Brzeznensis Domus per modum capellarum pro Devotionibus Dissiden=tium destinantur contra eadem pacta. — .. 9o) In aliis quoque Parochiis Catholicis multa fiunt praejudicia et injuriae tam Sacerdotibus quam Ministris Ecclesiae ac Subditis Parochorum justitia non administratur et Jurisdictio Episcopi multa patitur. — . 2. proinde desideratur ut omnia in antiquo Statu prout fuerint ante Pacta, conserventur. — . — . — . — . — . — . — .

3.) Capitaneatus Drahimensis in pignore certae Summae apud Serenissimam Domum Brandeburgicam manens, Similes prout Districtus Leoburgensis patitur Injurias. — . — . — . — . — .

1o) Accisae ante duos circiter annos fuit impositae unde magna est injuria subditorum illius loci. — . 2o) Nullum ibidem fuit exercitium, nulla Ecclesia, nullus Minister, nulla Schola Dissidentium: nunc autem recenter sub tempus revolutionũ Sueticarum sub pretextu Pretorij extruxerunt sibi Dissidentes Ecclesiam in Opido principali Tempelburg Dicto ac Scholam unam. Drahimi alteram. In administrationem Sacramentorum se per vim immiscent Dissidentes Ministri cum Summo praejudicio parochiae et Ecclesiarum parochialium Catholicorum. Aliquando etiam causas Matrimoniales evocant in Pomeraniam Starogardiam, et multa alia in contemptum Jurisdictionis Episcopalis exercent contra pacta et contra omne Jus quod Ignoratio possessori non competit. — . Desideratur itaque ut omnia ibidem observentur in eo Statu qui fuit dum in feudum cederet Ille Districtus videlicet circa Annum 1669. — .. — . — . — . — . — .

255.) Resolutio Dubiorum a Ministris Regis Poloniae de Statu Leoburgensi per Extractũ Protocolli factorum — . ~ . —

Antequam ad ipsam resolutionem Dubiorum progrediamur praemittendum esse duximus; quod Ea quae in praefato protocollo ex pactis, Jnstructionibus circa Homagia, et Laudis in Comitiolis Districtuum Leoburgensis simulque Bitoviensis, sancitis, praeliminariter allegata sunt, sã nitantur veritate, nec ulla indigeant prolixa discussione; nec non quod Sacrae Regiae Mjtis Prussiae Avus Serñmus ac Potentissimus Fridericus Vilhelmus Elector Brandeburgensis gloriosissimae Memoriae, Nobilitatem, Civitates, aliaque Praedia per Constitutionem de Anno 1677. in unum corpus conjunxerit.

= Quomodo autem nobilitas quae non emolumentum Civitatum sed potius Earum oppressionem semper quaesivit cum Jis processerit sequentes exhibent casus! Statim post illam Conjunctionem praedicta nobilitas, 1o) Civitates pluribus quam possidebant mansis oneravit

—"—" = mansis oneravit, et Civitati Leoburgensi soli quae vigore Privilegiorum solummodo centum mansos tenent ducenta insuper adscripsit de quibus annuatim hucusque contribuere tenebatur. —. —. —. —. —. —. —.

2°) Excogitavit sibi in summum contemptum Sacrae Regiae Mjtis Prussiae et extremum Civitatum exitium, contra Jura Culmensia et Privilegia Pruthenica, Judicium quod ex puris nobilibus consistere debebat vulgo postcuriale dictum, ad quod promiscue omnes causas Civium trahere, easque ibidem sine ulteriori Appellatione ad castrum vel Regiam Majestatem dijudicare et sic Ordinarium Judiciorũ et Jnstantiarum Cursum evertere voluit. —. —. —. —. —. —.

3°) Coegit Civitates certam summam pecuniariam praeter voluntatem et consensum earum ad redimendam Ecclesiam Charbroviensem quae a Reformatis occupata fuit et adhuc occupata est extraordinarie contribuere; qua ex re multas turbationes passae sunt: hinc et ea propter Aula Regia multis querimoniis et gravaminibus semper impleta fuit. E contra autem negari nequit, quod in Pactis Bitgostiensibus quoque cautum sit, ut Arces et Civitates eorundem Districtuum Sac. Re. Mjst. Pru. Ejusque Serenissimis Antecessoribus eodem jure prout eas olim Illustrmi Duces pomeraniae tenuerunt, traditae sunt verbis: = —. —. —. —. —. —.

> Praeterea de ampliori gratia et benevolentia nostra, Serenitatem Ejus et Illius Haeredes ab omni Juramento nec non tributis et exactionibus quibuscunque nobis et posteris Nostris ratione dictarum Arcium et Oppidorum praestandis, dimittimus et liberos facimus, prout olim a Ducibus pomeraniae Eaedem praefecturae Bütaw et Lauenburg tenebantur. —. —. —. ~.

Quae verba non sunt irania, sed suum habent effectum, et argumenta a parte adversa ad Protocollum data protinus destruunt. —. —. —. —. —.

α.) = Cautela generalis in pactis contenta. —. —.

= Indemnitas cujuscunque Status et Dignitatis.

non totam hinc absolvit rem sed ea per speciales expressiones verborum contra distinguitur et explicatur, quomodo proprie et in vero sensu Pacta intelligenda et accipienda sunt. Cui enim non constat, quod Ducibus Pomeraniae libera dispositio praedictorum Districtuum Subditis juxta Suum interesse et utilitatem utifrui competiisset? Quis igitur audet Sacrae Regiae Majestati prussiae, cui eodem jure Arces et Civitates traditae sunt contradicere, Ei non competere liberam Dispositionẽ circa illas? Nexus ille quod Serenissimus ac Potentissimus Fridericus Vilhelmus, nobilitatem, Civitates, aliaque proedia per Constitutionem praedictam de Anno 1677. in unum corpus constrinxit, a Nobilibus Ipsis ex rationibus supra memoratis ruptus est, et solummodo modum collectandi respiciebat. Sacrae Regiae Majestati Prussiae

autem competit vigore plenae potestatis in his Districtibus adinstar Ducum = — "
pomeraniae subditis suis Jura dare et Jura auferre: nam cujus est conjungere Ejus
etiam est disjungere. Quare his omnibus bene trutinatis et perpensis Ipsa commota
est, ut omnes querimoniae et oppressiones removeantur et unusquisque Status pro
altero non praegravetur, sed quilibet communia onera paribus humeris ferat, Civi-
tatibus, relicta tamen vigore pactorum nobilitate in integritate Jurium Suorum,
dare Accisam. Qui modus contribuendi in Civitatibus Regni poloniae non ignotus;
quandoquidem Gedani, et in Aliis experientia quotidiana testante, in viridi observa-
tur usu: nec non aequitati convenientissimum est, quippe Civitates saepe dictae illum,
antequam moderna Accisa introducta sit, sibi Ipsi jam elegerunt et propria Autho-
ritate constituerunt. — . — . — . — . — . — . — .

3.) Nunc denique paucis tangenda sunt Dubia
= ratione Statûs politici mota. —.

Quae quemadmodum perlustrato superius dicto protocollo eadem ferme reperiuntur
quae ante quadriennium in penultimis Comitiis Regni Generalibus Grodnae celebratis
jam proposita et tunc temporis sufficienter refutata sunt, ita nullam prolixiorem
responsionem in praesentiarum merentur. Sed ut materia recocta considerantur, in-
de omnia se in unum colligentes fasciculum affirmamus, quod ea praeter Scitum et vo-
luntatem tum Nobilitatis tum Civitatum ad Comitia data sint: sed solummodo ex ingui-
eto Cleri Catholici Leoburgensis ingenio emanaverint, qui Jurium et Legum Accisarũ
ignarus varia machinatur et multa falsa sibi excogitat. Siquidem: — " — .

1.) Falsum est quod Cives per istam Accisam ruinentur et extremum patiantur de-
fectum, contrarium e diametro docet manifesta notoritas: nam Cives non duntaxat
in alimoniis suis bene subsistunt, sed etiam ut ab extremo preserventur defectu Ipsis
Laudata in publicis Comitiolis Contributio ex Accisarum Cassa porrigitur; ex qua etiã
Catholicus praepositus nec non Evangelici Sacerdotes ut et coeteri Ministri Ecclesiastici
Sua Salaria accipiunt; Quos ante Accisam Cives propriis Sumptibus non minima
cum Eorum pregravatione alere et sustentare tenebantur, a qua tamen molestia
jam exempti et liberati vivunt. — . — . — . — . — . — fin. — .

2.) Falsum est quod e graniciebus sive Limitibus Poloniae nihil advehatur:
dum non solum poloni cum Civitatibus in pristino flore mutuum commercium
quotidie exercent, praeter quod modernus Palatinus Mariaeburgensis pannificibus
Leoburgensibus contra Constitutiones Regni libertatem nundinarum in Civitate Wey-
heropoli celebratarum ad instantiam pannificum pucensium ab immemorabili tempore
possessam prohibere ausus sit cum tamen earundem inviolabilitas Dominorum Pala-
tinor

"— — = Palatinorum custodiae demandata sit, sed etiam Josis incessanter varias res advehunt, de quibus non advehentes et vendentes sed ementes et consumentes accisam solvunt. —. —. —. —. —. ~. —. ~. —. ~. —. ~.

3°) Falsum est quod Civitates Superintendentes Accisarum solvere debeant: accipiunt enim Hi sua Solaria ex Accisarum Cassa. ~. —. ~. —. ~. —.

4°) Falsum est quod Magistratus Civitatum et Cives graves patiantur confusiones; et in Juribus suis impedimenta per Servitores. ~. —. ~. —. ~. —.

5°) Falsum est quod nobilium Currus ad Civitates venientium violenter revideantur. Horum duorum punctorum merito praetenditur probatio vel Sufficiens satisfactio. Servitores nihil plus faciunt quod quàm indagentur quibusnam rebus currus sive nobilium sive rusticorum ad Civitates euntes onusti sunt, et contra nullum nisi morosum, ne defraudationibus aperiantur fenestrae suo officio utuntur juxta praescriptum modum. —. —. ~. —. ~. —. ~. —. ~. —. ~. —.

6°) Falsissimum autem est quod Exactori Contributionum pobory dictarum aliqua pars salarij decedat: quandoquidem Ille absque ulla defalcatione Salarium Suum annuum ex praedicta Accisarum Cassa accurate accipit; prout hoc tota nobilitas et Civitates, utique Josius Exactoris Quietationes propria manu scriptae attestari possunt —. —. —. —. —. —. —. —. —. —.

γ.) ratione Status Ecclesiastici. ~.

A Statu Politico transgrediamur ad Statum Ecclesiasticum: ubi Rndmus Delator non recordatus est Divi Apostoli monito: Deponite mendacium et loquimini veritatem; aliàs non plura evomuisset falsa! Falsum itaque est: —. —. —.

Ad 1°) Quod in fundo Ecclesiastico et in eo habitantibus hominibus adempta sit immunitas. Nullam unquam ibidem habitantes habuerunt Immunitatem nisi eam quam violenter et defacto in Summum Civitatum praejudicium sibi arrogavit Clerus Catholicus: adeoque Josis nulla adimi potuit. Nemo quoque ex Istis hominibus ad alias Civitates migravit quam Faber Cuprarius quidam; quorsum autem? nescitur. — Causae enim hujus migrationis non fuerunt praegravationes Accisae; sed quod Iste Vagabundus absentis cujusdam Mariti Conjugem in Matrimonium Duxerit, quem Clerus Catholicus copulavit: siquidem Ille statim post copulationem cum scilicet versus Maritus pro recuperanda Uxore Sua Domum rèdux, sese cum nova maritata Sua clandestine amisit. Hic Silentio preterire non possumus, quod ante annum circiter praedictus Clerus Seminarium quendam ex Pomerania Leoburgum venientem, quem ob crimen Incestus cum uxoris modernae Sorore suspectum et accusatum, Sacerdotes Evangelici ibidem hanc copulare voluerunt, sine ulla publicatione è suggestu facta et probabilibus Attestationibus, in Summum Ecclesiae Scandalum iterum

copule

copulavit. —. Nullum ad 2.m) et 4.m) exinde Ecclesiastici neque alius quisque = — . — praejudicium capere posſunt, quod in Eorum characterem et personam quando ad civi= fates ignoti veniunt inquiratur: siquidem illud militis penes portas excubantis Offi= cium requirit: cui Inquisitioni praeclariores homines quam Ecclesiastici se submitte= re tenentur. Nec hoc in Ecclesiasticorum praejudicium vergit quod lignum sine sche= dula in Civitatem vehere nequeant: nam per hoc praecavetur defraudatio, quae sub eorum praetextu singulis momentis ab aliis committi posſet. —. Mirandum est ad 3.m): quod Rndmus Delator pro hac falsitate non erubuerit! Quomodo Ille illa es à conscientia, dum ab omnibus rebus consumptibilibus, nullis exceptis, inter quas etiam Lignum et Seges decimalis computatur, liber et immunis adhuc est, sicut ante introductionem Accisae fuit, aſserere potuerit; quod a Segete decimali Accisam solvere debeat, et per illud Ecclesiasticis media vivendi adimantur? Genuina hu= jus rei ratio consistit in eo, quod Suam totam familiam ex proventibus Ecclesiasticis nutriat, alat, colat et conservet!!! Jure Canonico prohibetur Clericus Beneficium habens aedes parochiales locare! hic autem Clericus non solum locat sed totas familias cum uxoribus, liberis, Servis, ancillis, puellis, porcis, pecoribus, aliis, omnique Supellectili recepit, quae omnem proventum devorant et coeteris Ecclesia= sticis vivendi media adimunt: non Accisa merito praeteriditur. —. Ad 5.m). Hujus puncti probatio, quod nimirum fundum Monasterij et in eo aedificatas Domos violen= ter post traditionem horum Districtuum occupaverint Evangelici? Allegatur quide pro eo Breve Urbani VIII. pontificis et Privilegium Vladislai IV. Regis poloniae, sed utraque neque producta neque tempora determinata sunt quibus Catholici eundem fundum cum Jisdem Domibus posſederint. Hoc autem notum est, et nemo in dubium revocare potest, quod fundum illum Illmi Duces Pomeraniae a tempore Reforma= tionis Lutheri in posſesſione habuerint, quod Castrum Leoburgense post Eorum ex= tirpationem etiam sub Regimine polonico illum quiete tenuerit, et denique quod per traditionem cum eodem jure ad Serenissimum Sacrae Regiae Majestatis Prussiae Avum perve= nerit. Qui, et Ejus Successores Serenissimi in eo hucusque nemine contradicente pos= sesſionem continuaverint. Proinde hoc immemoriale tempus, etiam si in manibus Ad= versariorum documenta quaedam pro eo fundo extarent, eorum praetensionem annii= hilet et Jura posſesſionis Sacrae Regiae Majestatis stabiliat, cum expeditum sit, quod res Ecclesiasticae quoque praescriptionibus obnoxiae sint. —. -Generaliter= nimis ad 6.m) punctum ratione praetensorum Mansorum positum est, in quo nec locus ubi eadem jacent neque eorum Posſesſores expreſsi sunt. Quando autem

utrum

—.—. = utrumque et loca et possessores specifice demonstrabuntur in causam inquiri, et si ea vera et justa invenietur. Satisfactio subsequi, et exigua illa duodecim florenorum polonicalium recognitio annua ad aequitatem réduci debet: Sin autem falsa, ulterior declaratio dabitur. —.— Callide satis et operose ad 7.m), quinimo cum praeteritione necessariarum causae circumstantiarum praefato protocollo insertum est; quod Evangelici expulso Edituo ex Domo circa Ecclesiam Brezerriensem eandem domum violenter occupaverint et occupent. Sed irrito conatu: Controversia quidem ante triginta circiter et quod excurrunt annos circa hanc domum aeditualem inter Evangelicos et Catholicos extitit; quae autem per Commissarios a Superioribus utriusque partis datos et confirmatos finitae et ita compossita sunt ut Evangelici domum praedictam una cum agro retinuerint: in ejus compensationem autem Catholicis aliam novam domum pro aedituo extruere et pro agro centum florenos polonicales, quae Summa adhuc sub administratione Provisorii Ecclesiae ut et nova aedificata Domus est, exolvere debuerint. Ideo ex hoc puncto per Transactionem jam satisfacto et semel sopito nihil praetendi potest, quia Lites per Transactionem semel sopitae resuscitari prohibentur. —.— Ejusdem farinae sunt querelae quae ad 8.m) et 9.m) in magna multitudine recensentur. In pactis liberum exercitium Religionis Catholicae reservatum est; in pactis quoque Episcopo Vladislaviensi Jurisdictio in Templa et Sacerdotes integra mansit: Sed nullibi ibidem invenitur, quod Evangelicis interdictum sit pro Suis devotionibus instituere Capellas aliaque Oratoria. Quod enim non interdictum illud consensum esse suadet dictamen rectae rationis. Hinc in Garcigar, Roszytz, Bożepol, ante sexaginta et plures annos Bonorum possessores pro devotionibus Suis sibi extruerunt Capellas! Si enim secundum pacta Clero Catholico jus quoddam prohibendi competiisset, quare praefatis possessoribus aedificare permiserit? et tunc temporis non contradixerit? nec non Jura Sua intacta conservaverit? —. Jam autem cum nuperrime ex summa necessitate Oratorium pro devotione Evangelicorum extructum est, s: siquidem in Sulteția ubi hactenus devotionem peragere solebant admodum sordidè vivebatur atq; locus eidem destinatus ante et post eam, per gallinas, Sues, aliaque pecora foede spurcabatur, cum tamen Deus a Nobis in munditie non sordibus coli velit: /, vociferatur, blaterat et clamitat pactis contraventum esse, quae tamen omnem uti jam superius dictum prohibitionem ignorant. Juribus Parochialibus nullatenus praejudicium a Sacerdotibus Evangelicis illatum est. Facultatem dare licentiam baptisandi, copulandi ac sepeliendi, quam sibi arrogavit Clerus Catholicus, non ex pactis sed privatis Conventionibus cum Dioecesianis initis adeptus est, quibus Sacerdotes

Evang.

Evangelici sese sponte et voluntarie submiserunt, et licentiam praedictos Actus = Spirituales peragendi ab Ipso sumpserunt et adhuc sumunt. Verum autem cum varias rixas, altercationes et simultates non solum cum Jis sed etiam Eorum Dioecesianis incipiat dum Ipsis potestatem baptisandi, copulandi, utique in Coemeterio Catholico sepeliendi et campanas pulsandi plane denegare audet, quam tamen licentiam sepeliendi et pulsandi Dioecesiani semper post decessum Ducum pomeraniae etiam sub gubernatione polonorum et in hunc usque diem habuerunt; videtur quidem male contenti esse sed statim ad obsequium pristinum redigi possunt, modo clerus Catholicus a Suis innovationibus et attentatis abstineat et omnia in pristino Statu relinquat. Quomodo autem evincere velit quod unquam minativ sit Catholicas occupare Ecclesias, aut Ecclesiasticis Justitiae quando Judicis officium debite imploraverunt denegata sit, exspectatur aut Satisfactio praetenditur. -. Nullas unquam Clerus Catholicus a Sacerdotibus Evangelicis passus est turbationes vel violentias; et si quas Ipsemet Jis fecerit, modo in Illos quamvis innocenter devolvere velit. - Non pridem Praepositi Leoburgensis Vicarius, homo rixosus, impudicus, immodestus, in moribus et Literis parum versatus, non solum Sacerdotem Drinceli censem vi e Coemeterio Roslazinensi ejicere voluit; sed etiam violento modo Sacerdotis Preznensis Domicilium intravit, multas insolentias ibidem peregit, Sacerdotem Ipsum non solum Lupum increpavit aliaque dicteria sine ulla data causa Ipsi objecit, sed etiam Ipsum percutere minatus est, ut alia plura taceamus attentata: ut et devastationes Regiae Silvae in qua promiscue omnes Arbores optimas tam fagi nas quam quercinas ad ignem per Ejus Servitores excidi permittit atque ita irreparabile Damnum Ipsi quotidie infert. -. proinde desideratur ut Rdmus Delator cum Suis falsis delationibus, si ulterius harum rerum Instantias faceret a Limitibus futurorum Regni Generalium Comitiorum repellatur; nec non propter Comissa falsa et peractam violentiam publice et exemplariter puniatur, Ipsique ut et Ejus Subordinatis serio et sub poena remotionis ab Officio injungatur, ut ab omni Innovatione et turbatione in futurum abstineat, et sese in Cancellis Suis et terminis contineat. Siquidem nullibi constat quod contra pacta hactenus actum, sed ea potius inviolabiliter et sanctissime servata sint. —. —. —. ~. —.

= Circa Capitaneatum Drahimensem haud solidae imo et inanes moventur querelae: nec ulla ad hoc existit Subditorum illius loci injuria. Jure enim et cum omni Dominio possidet Rex Borussiae hanc praefecturam, sub Conventione publica die VI. novembris Bidgostiä peracta, jurejurando tam a Rege Joanne Casimiro quam a Senat

= Senatoribus poloniae confirmata. — . — . — . — . — . — .

Cum Consilio Dominorum Consiliariorum tam Spiritualium quam Secularium et ex Senatus-Consilio inscripta et obligata est Arx et Oppidum Drahein cum omnibus ejusdem praefecturae Draheimensis vasallis, Subditis, fructibus, libertatibus, eminentiis, Censibus, proventibus et universis et singulis, nihil excipiendo vel reservando pleno Dominij Jure cum omnibus utilitatibus. ~. — . ~. — . ~. — .

Accisae igitur exceptae nec reservatae, potuis, sub eminentijs, censibus, proventibus, pleno Dominij et sic eximio Jure comprehensae. Modus quoque Accisarum ad obtinendum pro Domino tributa et pro subditorum conservatione quod sit optimus et minimum gravans, experientia et eventus et ipsa rei veritas testis est. Nec est quod reditus excedant Jura; pretium enim Jntereſse ante Traditionem per tot annos retardatam, Expensae pro acquirenda poſsesſione, et meliorationes Devastatae hujus praefecturae, ad alterum tantum excedunt pignus et Dominium Drahenmense — . — . — . — . — . —

Ad 1um/ Desiderant Pacta praedicta ut Religio Catholico-Romana in eo statu quo tunc fuit in Praefectura Draheimensi conservetur; et hucusque conservata est, uti: Jus Patronatus ad Beneficia Ecclesiastica ibidem sita Regni poloniae reservetur et adhuc integrum Ei reservatum mansit. Ad Diſsidentes vero quod attinet qui tunc temporis adfuerunt et adhuc sunt, nihil prorsus in Jpsorum Dium conventum nec in praejudicium Religionis et Conscientiae Jpsorum quidquam praescriptum. Hisce ejectis terra Desolata et Dominium praefecturae cum omni fructu et utilitate de nihilo foret: quod tamen per pacta conceſsum et ut juxta Conventionem consistat, necesse est. — Hinc et Jncolarum Conscientiis, Religioni, et animarum Salvti consulendum, salvo Religionis Romano-Catholicae quo tempore Conventionis fuit Statu. E contrario res prorsus intollerabilis est quod Plebanus Parochiae Catholicae Drahimensis negotiis quibuscunque tam Ecclesiasticis quam Politicis se immiscet: inter Evangelicos, qui tamen ad gregem suum haud pertinent, Actus Ministeriales puta Baptismi, Copulationis et similes exercere audet: Evangelicorum Scholae-Magistros et Aedituos in Urbe pariter et pagis turbat: eorundem liberos ad amplectendam Religionem Romano-Catholicam cogit: et quae hujus generis sunt alia quae pacem non minus quam aedificationem in Christianismo hinc turbant juxta et impediunt. Ipsa igitur rei necesſitas exigit ut pro conservanda tranquillitate publica, dicti Jllius Plebani potestati, quam temere saepius usurpat et in Evangelicos exercere studet, cum efficacia obex ponatur; ita quidem, ut quemadmodum secundum pacta Conventa Religio Catholico-Romana in statu quo fuit et adhuc est conservari cupit, ita vicissim Evangelicis qui in hac Praefectura sunt et fuerunt liberum maneat Religionis Exercitium, sine quo Jus Dominij Praefecturae in Rege Borussiae publico nomine translatum, Salvum, Jntegrum et plenum consistere nequaquam potest. ~.

Actum

256.) Actum in Caupona dicta Einsiedel = — .. —
coram Judicio Heilgenbeilensi Delegato die
31. 8bris 1724. Anno — . — . — . —.

Facta solito more Eductione Cauponis Jurisdictionarius locum tenens de Unrug Dominus Haereditarius in Hohenwald et Schreinen instabat ut Caupo referret, quibus de causis Ille &b Incolis Braunsbergensibus ita duriter acceptus atque tractatus esset. Hic itaque retulit, se accipisse schedulam a Magistratu Heilgenbeilensi quae continebat: nonnullos Milites Regiomontio aufugisse castraque deseruisse, hos si forsitan eò iter dirigerent, /: adjacet enim Ejus Caupona finibus atque oppido Braunsbergae :/, ut Regio nomine et mandato retineret et caperet. Itaque factum ut die Mercurij hoc est 25. mensis currentis, famuli Ejus è longinquo et quidem matutino tempore duos milites advenientes conspicerent; hos cum cono, lutoque conspurcatos Suam Cauponam transire atque Braunsbergam tendere cerneret, insecutus est, petijtque abjis ut sibi Literas liberi transitus monstrarent; quas cum exhibere non possent unusque eorum diceret se prosequendo profugos festinanter iter esse ingressos, alius nempe Officialis inferioris Ordinis stricto ense sibi ictum intentasse quem declinatione corporis evitaverit, alius horum gregarius Miles vel Sclopetarius prope domos in aggere lapidibus strato consistens in domum aliquam se conjecisse quem vi extractum ceperit, Alterum vero scilicet Officialem inferioris Ordinis ex suburbio usque in forum prosecutum esse ibi quoque arripuisse. — Civis vero quidam audiens profugas esse restim ipsi dedit quo Illum constringeret ligaretque. Quod vero pater ejusque familiares insecuti Ipsi operam tulissent, hos captos ligatosque domum inter Cauponam Einsiedel duxisse, illosque post haec excubiis Heilgenbeilensibus in custodia tradidisse. — His factis semel atque iterum ubi ex usu suo esset Braunsbergam esse profectum sed a nemine gravius quidquam passum aut injuria affectum esse. Verum pridie die Dominica 22. Mensis hujus, tempore pomeridiano, rei familiaris causa Braunsbergam iter fecisse, ibi Fabri cujusdam Serrarii Pyronem sibi insultasse atque exclamasse: Eccum Nebulonem plagiarium atque Proditorem hominum! Se vero, cum nihil boni inde ominari posset, in Domum Civis cujusdam Sutoris vel Crepidarij sese recepisse, a puero vero atque turba insequentibus obsessum esse; qui Eum e conclavi vel hypocausto extrahere sint conati. Accidisse interea ut Miles ex arce Domum intraret; hujus Auxilium precibus se postulasse atque soluto pro opera navata dimidio Thalero ab Eo in Arcem ad Centurionem ductum fuisse. Centurionem percipientem hominem esse minus tutum, Ipsi Comitem Eundem Militem adjunxisse, et ad Consulem misisse ac petisse, ut Cauponem praesidio munitum atque tutum

Domum

—"—. = Domum deduci curaret; ab Hoc sibi bajulos duos cum eodem Milite Comites atque praesidium datos esse, qui Ipsum usque ad Cauponam in aggere sitam deduxissent atque singuli accepto dimidio floreno discessissent, eumque hortati essent ut bono esset animo, tuta esse reliqua atque secure domū ire posse! Sed Illum postea ingentem turbam juniorum et adultiorum esse prosecutam usque ad Cauponam Suam: quoniam vero foras clausisset, primo fenestras lapidibus atque baculis excussisse, postea foribus Atrij effractis fores hypocausti disfecasse, Mandata Regia parietibus affixa dilacerasse et pedibus conculcasse aliasque insolentias exercuisse: itaque Se coactum fuisse summam partem aedium petere ibiq Camerae se includere. Turbam vero nescientem quò se receperat primo accensis candelis illum in altiori parte aedium quaesivisse atque per rimam Illum linteo tectum in Camera delitescentem conspicientes fores effregisse, pessulum frequentibus ictibus securis concussisse, Eumque ex Camera extractum, per Scalasque dejectum ex Domo per limtes atque pontem secum rapuisse, in terrā projecto pedibus insultasse, adeoque pessime fustibus ac clavis tractasse et conclamasse: feriat, feriat, quisquis manibus valet, tundite, contundite nebulonem plagiarium ac proditorem pessimum! Cum itaque ex gravissimis verberibus deliquium animi pateretur, tamen amplius turbam insultasse atque exclamasse: Tundite, tundite, nondum sufficit, pergite Socii, quamquā multam incurremus, tamen probè onustus verberibus sit oportet. Longius Eum secum duxisse usque ād locum vel Statuam S. Equitis Gregorij ubi famulum Centurionis advolantem Illos adhortatum esse ut jamjam manus ab eo abstinerent. At Uxore vero insequenti se cruentum, prostratum, currui impositum, primo ad Centurionem in Arcem vectum, coramque Eo injurias Marito factas demonstratas fuisse, qui ad Consulem Eum vehi jussit. Hic ad Chirurgum ut vulnera curaret. Inde vero pridie cum Nobilis Dominus de Müller Consiliarius Aulae Judicij atque proventuum cum Domino locum tenente de Unruh a Consule Ipsi sufficiens praesidium expetijssent, probè vulneratum Domum Suam in Cauponam Einsiedel dictam esse reportatum. praeterea conqueritur hujus Cauponis Uxor sibi e scrinio in quo clavis erat relictus ad viginti Thaleros supreptos esse, e penu cujus fores erant effractae, plurima esse subtracta imo linteamina nonnulla in hoc tumultu perijsse. —. Theodorus Schonfeldt p.t. Judex. Christophorus Thiedeman. Gregorius Walterberger. Joannes Böttcher Notarius. —. —. —

257.) Status Causae excerptus ex Actis — — — Inquisitionis ratione facti Tumultus in Taberna Einsiedel dicta. — —

Ultimis diebus Octobris contigit, quod Tabernator ex praefata Taberna sita in Ditione Serenissimi Regis prussiae prope Civitatem Bronsbergam praesumpserit duos profugos milites usque ad Suburbium Braunsbergense insequi, eosdemque ibidem ope secum accepti Operarij capere, ligare, et sine ulla facta denunciatione in Officio proconsulari secum abducere. Ex qua occasione facile plebs concitari et Illis violentas manus inferre potuisset, nisi hoc die Feriali quo tempore quilibet laboribus suis occupatus factum fuisset. Nihilominus plebs per temerarium et violentum hunc ausum Tabernatoris vehementer exacerbata die Dominica quae erat 29. Octobris, viso Tabernatore in civitate, Authore puero quodam, tumultum excitavit et Tabernatorem aggredi tentavit; quod ubi animadversum et delatum ad officium proconsulare statim ex mandato ejusdem Officii Author tumultus incarceratus est caeterique repulsi: ut vero saepe dictus Tabernator securus et illaesus perveniret ad Tabernam, datum est Illi ex Officio proconsulari praesidium quo etiam salvus et incolumis usque ad Campum deductus est, ubi conscendit currum et discessit ad Tabernam. Quia vero injuriosissimis verbis cum educeretur plebem affecit, et varias × contra eandem evomendo Calumnias minabatur se severe ulturum sibi illatam injuriam, plebs tamen ob praesidium quo Tabernator stipatus erat nihil exnunc ausa tentare expectavit donec hi qui Illum comitabantur nihil ultra tale quid sperantes redirent in Civitatem, quo facto multi omnes vero postremae sortis et conditionis homines, s: nullus enim in hoc Tumultu Civium aut Incolarum interfuisset:s, iterum in turbas ac turmas concitati, antesignano quodam Sodali Regiomontano qui hic absque conditione in nova Civitate morabatur et est de Contubernio Balneatorum, Tabernatorem usque ad Tabernam sunt insecuti, ubi rhombos aliquot ex fenestris excussserunt, seras januarum effregerunt, Cellarium aperuerunt, Tabernatorem ubique quaesierunt, et tandem in superiori parte inventum in Camera inde extraxerunt, et usque ad Territorium Brunsbergense secum acceptum ibidemque in terram prostratum baculis percussserunt, taliterque verberatum dereliquerunt, quem etiam paulo post Sui ad Officium proconsulare advexerunt, inde remissus ad Chirurgum, ubi facta obductione inventum est nulla lethalia vulnera Ipsi inflicta esse, praeterquam in facie vulneratus usque ad sanguinem, alibi vero solum erant contusiones et modo jam plene convaluit. Ad puniendum ergo hoc Inconveniens et Juribus vicinitatis repugnans factum, omnesque in hoc tumultu cogniti ad Judicium sunt adcitati, ubi bene examinati et qui rei inventi stati incarcerat

inter

—"—. = inter quos primus Author Tumultus 18. Annorum oriundus ex Saxonia. 2dus Sodalis de Contubernio Balneatorum Regiomontanus qui antesignanus erat omniu in hoc tumultu Interessator. 3tius Studiosus Infimista homo 20. annorum ex Civitate Neuteuch. Denique duo Lictores ex nova Civitate, qui ebrij existentes huic tumultui se immiscuerunt. Caeteri minus Culpabiles et non habentes ultra 14. annos liberi in Civitate ambulant. — Ut igitur parti laesae procuraretur Satisfactio, scriptum imprimis ad Dñum Capitaneum Balgensem cui competit Jurisdictio in has partes ubi sita haec Taberna petendo ut adstringeret partem laesam ut se sisteret; quia autem nullum rescripsit Responsum iterae expeditae sunt Literae ad Illmos Regentes Prussiae; qui Responsoriis Suis significarunt, causam hanc ad Serenissimum Regem delatam esse, pollicentes nihilominus intra spatium 14. dierum se Resolutionem Sermi Regis in hac materia Dominis Commissariis ad hunc actum designatis transmissuros, quam tamen hactenus sine effectu praestolati sunt: et ideo magnis sumptibus tã longo tempore conservari debent qui rei sunt inventi. Brunsbergae d. 6. Xbris 1724. A= = Extradidi And. Ign. Parzau Notarius Juratus V. C. Brun. —. —.

258.) Memoriale per Generosum Brackel Ordinis Equestris Curlandiae et Semigalliae Plenipotentiarium Capitaneum Majorem Mitaviense Sacrae Regiae Majestati porrectum. —.

Serenissime ac potentissime Rex.
Domine, Domine Clementissime!

Sacram Regiam Majestatem Vestram pro insita sibi Clementia et Justitiae Sublimitate non aegre laturam spero, si pro conservatione Jurium et Privilegiorum Nobilitati Ducatus Curlandiae et Semigalliae a Serenissimis Poloniae Regibus quam Clementissime concessorum, desideria quaedam urgentissima per Supplices has Literas humillime deferam omnique Submissione exponam! Quatenus limitationes Judiciorũ Relationum ab Ordinarijs in extraordinarios terminos non solum Juribus Nostris antiquis contrariae esse videntur testantibus Extractis sub Litera et.; sed quatenus etiam processus ipsos diutiores et pretiosiores reddant, dum partes ex tam dissitis locis huc venientes per totos fere annos non minimis certe Sumptibus hic attendere, et eo ipso Cadentias Curlandicas pro publicatione Sententiarum hic latarum propter angustiam temporis negligere et praeterire oportet; Juri communi quoque et genuinae Libertati repugnat, invitis partibus m3 Nobilibus terminos extraordinarios obtrudere:

Quapro

Quapropter nomine totius Ordinis Equestris praememoratorum Ducatuum humillima cum devotione obsecro: dignetur Sacra Regia Majestas Vestra rejectionem nuperrime factam cum toto suo effectu usque in Martium cen tempus Legibus praescriptum et Ordinarium differri, nobisque Clementissimas indulgeri Reversales, ut in posterum ordinaria tantu tempora Judiciis Relationum impendi, et his praeterlapsis Causae ad proximam Cadentiã rejici debeant. — . — . — — . ~ . — ~ . — . ~ .

= Cum etiam ad hoc usque tempus ad solitam audientiam, non obstantibus precibus ardentissimis quibus eam a Magnificis Status Ministris sollicitaverim, pervenire haud potuerim; Sacra Regia Majestas autem omnibus tam Deputatis quam etiam privatis hanc largiatur gratiam; hinc et Ego Statuum Ducatus Curlandiae et Semigalliae humillimus Internuntius devotissima Animi Submissione ad Thronum Sacrae Regiae Majestatis Vestrae refugio humillimis hisce precibus: dignetur Sacra Regia Mjstas Vestra Me ad solitam hanc Audientiam proxime admittere, ne Summa haec gratia Regia a Majoribus Nostris jam obtenta mihi diutius differatur et detrectetur. — ..

= Ex Allegatis sub Litera B. clare illucescit: Generosis Consiliarijs in Curlandia Supremis inter omnia Administrationis Munia, principe nondum investito et absente, facultatem etiam in indicendo Conventus publicos datam esse. Cum autem Sacrae Regiae Majestati Vestrae de necessitate visum hanc Libertatem per Rescriptum Regiũ tantisper suspendere; praefati Generosi Consiliarij et totus Equestris Ordo in tesseram promptitudinis et debitae observantiae Suae huic quoque Mandato Regio omnem obedientiam praestiterunt: hinc nomine Totius Nobilitatis supplex oro; dignetur Sacra Regia Majestas Vestra hanc Suspensionem quam Clementissime tollere, et Nobis facultatem ex Legibus competentem, tanquam unicum modum quo Saluti publicae prospici et omnes inconvenientiae everti queunt, restituere. ~ . — . ~ . — . ~ . —

= Cum porro Commissio Regia ex Senatus-Consilio pensatis hinc inde rationibus et Controversiis ordinata, per Constitutionem de Anno 1717. fol. 75. confirmata, et tandem per Decretum Fraustadiense tantisper suspensa, suum nondum sortita finem: Illustrissimus Dux Ferdinandus autem Illam sub praetextu Appellationis in convulsionem praefatae Constitutionis et Mandati Regii evertere attentaverit; Hinc a Sacra Regia Majestate Vestra tota animi Submissione hanc Clementiam efflagito: ut hactenus a Magnificis Commissariis Peracta vim Legis et effectũ Suum retineant, Jisdemque reiterato Mandato injungatur, ut vigore praememoratae Constitutionis et Mandati Sui totum negotium non attenta ulla Appellatione in

Accessorys

—.. —. — = Accessoriis adfinem perducant, et omnes differentias cum Illrmo Duce intercedentes finaliter decidant et effective determinent. —. —. —. —.—.

= Telonia Libaviensia et ejusdem loci postas Illustrissimus Dux Ferdinandus per hominem quendam Civici Status dictum Ruprecht Generosis Consiliarijs ex lege Regentibus de facto auferre et reditus illorum sibi Gedanum quotannis remittere curavit: quo facto cum fere nulli in Ducatu supersint proventus unde necessaria officialium sustentationis subsidia parari possunt; Illrmus Dux quoque Summam 500000. Imperialium excedentem paratae pecuniae ex Ducatu evocaverit, Feudum in Summum directi Dominij praejudicium magis magisque oneratur, Jurisdictionarij detractione Salariorum Officio Suo fungi partibusque justitiam administrare inhabiles redduntur, et inde omnem legalis Regiminis et justitiae administrationem cessare necessum est: Hinc Sacra Regia Majestas Vestra intuitu Juris ejusque Exercitij Clementissime jubebit, ut generosi Consiliarij Supremi Telonia haec et postarum munus recuperent, dispositionique Suae denuo subjiciant, et officialibus seu Capitaneis Majoribus et Minoribus ex eorum reditibus Salaria Ipsis competentia exolvant. —. —. —. —.

= Cum quoque Fratres Kochij homines vagabundi vilisque conditionis testante Decreto sub Litera C. ob nefanda et publica Crimina condemnati et infames declarati, tamen non erubescant contra totam Nobilitatem Actionem hic in Judicijs Regiis instituere, et contra Sententias latas ad male narrata Salvos Conductus exportare: Hinc Sacram Regiam Majestatem Vestram Submissime veneror et Suppliciter oro, Dignetur Sacra Regia Majestas Vestra homines hos facinorosos a limine Judiciorum in quibus nullum Standi locum habent cum putativa illorum Actione repellere, Eos in exemplum aliorum delinquentium Statuta in Legibus nostris poena afficere, et Salvos conductus sinistre exportatos secundum Jura allegata quam Clementissime tollere: ne Judicia Nostra irrita fiant, et hominibus ex Jis condemnatis infamiaque notatis facultas Totam Nobilitatem in litem vocandi praebeatur ~. —. ~.

= Cum itaque humillima haec petita et desideria in Jure Legibus nostris et antiqua praxi fundata sint: tum etiam clementissimam Eorum Exauditioñe sperans devotissima animi Submissione emorior. Sacrae Regiae Majestatis Vestrae Dñi nri Clmtmi humillimus Subjectissimus Casimirus Christophorus Brackel Ordin. Equestris Internuntius Cap. Maj. Mitaviensis —. ~. —. ~. —. ~.

Litera A. 259.) Extractum Diplomatis Appellatorij in Ducatu Prussiae, ad quod Curlandia se conformare debet. —. —. —.

1o) Quo vero Subditi Ducatus Borussiae sine magno temporis et sumptuum impendio = — " —. Appellationum causas prosequantur, bis in anno ad easdem cognoscendas et dijudicandas certos terminos nempe Mensem Martium et Octobrem constituimus et assignavimus: ita ut tempus binarum harum Cadentiarum 6. Septimanas continuas durare, et a prima Martij usque ad duodecimam Aprilis inclusive et similiter a prima Octobris usque ad duodecimam Novembris computari debeat. Quae jam dictae Cadentiae et Termini certo et semper pro Juridicis diebus habendi sunt. ~. —. ~. —. ~. —.

2o) Et quo Termini hi ad componendas et disjudicandas causas Ducatus Borussiae Stati eo melius observentur et discernantur, Terminus Mensis Martij usque in Aprilem Juridica vernalis sive termini vernales, alter vero a 1a Octobris usque in novembrem Juridica Autumnalis sive termini autumnales dici debet. ~. —.

3o) Si quae obstacula nobis obvenirent, obque constitutum ordinarium tempus Relationum Judiciis impendere non possemus; ne per hoc partes in Ipsarum incommodum et molestiam frustraneas impensas facere cogantur, justo tempore per Specialem Limitationem nostram imminentem et jamjam praesentem Juridicam usque adproximae subsecuturam Cadentiam Suspendemus ac differemus —. —. —. —. —. —.

